

**Victrix Veritas In Censuris Theologico-Medicis de nova Spirituum Medicina,
quam ante annos aliquot edidit Sebastianus Wirdig, Medicinae D. & Professor
Autoritate Principali ad piam legentium cautelam exhibita & excusa una cum
praeloquio Michaelis Siricii, S.S. Theol. D. Professoris & Superintendententis**

Gustrovii: Spierlingius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231087>

Druck Freier  Zugang





15132



Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn747231087/phys_0001



Mk-15132.
~~Mk-5778.~~

12138 - 111

VICTRIX VERITAS

In Censuris Theologico-
Medicis de nova Spirituum Medi-
cina, quam ante annos aliquot
edidit

[SEBASTIANUS WIRDIG,
Medicinæ D. & Professor

AUTORITATE PRINCIPALI

ad piam legentium cautelam
exhibita & excusa

unâ cum praliquio

MICHAELIS SIRICII,
S. S. Theol. D. Professoris
& Superintendententis.

GUSTROVII,
Typis JOHANNIS SPIERLINGII,
ANNO 1684.

Mk - 3778.

VICTRIX
VERITAS
In Certamine Theologico-
Medico de Nova Spira
Spirae, quam ante annos aliquos
SERRASTIANUS WIRDIG
Medicus D. & Professor
AUTORITATE

Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis

MICHAELIS SERRASTIANUS
S. S. Theol. & Professor
& Superintendentus
GENTROIA
Typis JOHANNIS SERRASTIANI
Anno 1684



I. N. J.

Est rerum cumprimis magnarum & insignium conditio, ut, quemadmodum usus legitimus magnam parit utilitatem; ita & abusus publico nocentes proferat fructus, qui propterea ab illis, qui potestatem in terris habent, coercendus est. Non libet jam alio id declarare exemplo, quam artis typographicae. Rudis fuit scribendi modus veteribus usitatus, & admodum laboriosus. Mos fuit illis scribendi, ut *Strabo* autor est, in cinere, usi sunt deinde corticibus arborum, postea lapidibus, nec non lauri foliis, item laminis plumbeis, cera tabulae lignae superinducta, membranâ ex membris pecudum detractâ, à *Regibus Pergami* inventâ, & adhuc propter loci memoriam

A 2

riam



*Aeneas Syl-
vius epist.
104. fere
in fine.
Laurentii
Cuperus
Carmelita
in Tracta-
tu de Ex-
cellentia
hominis p.
m. 23. b.*

*Joacimus
Vagetius
in periodo
Regni
Turcici p.
m. 30.
Matthaeus
Dresserus*

riam dictâ *Pergamenâ*, tandem autem chartis, quæ primum ex decerpto papyri tegmine, ac postmodum ex lineis pannis, ineptis jam ad alios usus, conficiebantur; quâ de legi possunt *Aeneas Sylvius & Laurentius Cuperus Carmelita*. Varia autem uti fuerunt veteribus scriptiois, in quibus hæc fiebat, objecta; ita quoque variis usi sunt instrumentis. Siquidem in cinere utebantur digito, in corticibus arborum cultro, in lapidibus cælo ferreo, in foliis penicillo, in pergamenæ canno, & in papyro penna. Liqueoris etiam usus erat varius è piscibus primum, deinde ex jure & succo mororum, porro ex fugiline caminorû, post hæc ex minio, & tandem ex galla gummi & calchanto seu vitriolo fieri soliti. Hac in scribendo ruditate, hoc labore nos liberavit, qui anno millesimo quadringentesimo quadragesimo, vel ut alii volunt, quingvagesimo tertio, vel ut alii, 58tavo, *Moguntia* invenit imprimendi artem: quænam non desint, qui illam jam ante mille annos, in Regno *China*, quod & de *Tartaria* urbe *Tangul* fertur, in usu fuisse dicunt: Quâ de re legatur *Vagetius*. *Matthaeus Dresserus*



rus in Descriptione Regni *China* re- in descri-
fert, adhuc hodie multos in hoc re- ptione
gno impressos typis inveniri libros, qui Regni
annos quingentos inventionem artis *China* lib.
typographicae in *Germania* factam. 3. cap. 16.
superant. Addit Idem, Patrem Pro- p. m. 114.
vincialem *Herradam* centum libros, ex 115. & cap.
hoc regno, in *Insulas Philippinas* ex- 17. p. m.
portasse, adducturum plures, nisi 116. 117. 118.
id à *Vicario Regni Governatore* fuisset
prohibitum, verito, ne hoc modo *Re-*
gni arcana, quæ peregrinis admodum
cupiunt esse occulta, aliis proderentur,
quos magna ex parte, expressâ
simul, de quâ agunt, materiâ, enume-
rat peculiari capite *Dresserus*, qui, cui
otium & volupe est, evolvi potest.
Quicquid autem de eo sit, sive *Chinensibus*
sive *Germanis nostris*, inventionis hujus
debeat gloria; hoc certum est, artem hanc
in usu suo consideratam dignè satis æstimari,
propter insignem suam, quam humano generi
præstat, utilitatem, non posse, cum
aureum sit & fidele omnis cœlestis &
humanæ eruditionis gazophylacium,
propter celeritatem suam admirandam,
universo terrarum orbi suffi-

A 3

ciens



Seneca ep.
64ta de
Q. Sextii
laudatio-
ne p. m.
164. 165.
Franciscus
Petraërcha
in centu-
ria una e-
pistolarũ
philolog. è
bibliothe-
ca Golda-
stieditarũ
epist. prim.
ad Thomã
Messanen-
sem p. m.
7.8. Theo-
phil9 Ray-
naudus
in erote-
matib. de
bonis &
malis li-
bris p. m. 7.

ciens. Interim Tamen fatendum est,
non exiguum esse in impressione li-
brorum abusum, cum & in multis
habeat locum, quod Seneca ait: Quo-
rundam scripta clarum habent tan-
tum nomen; cetera exsanguia sunt:
instituunt, disputant, cavillantur, non
faciunt animum, quia non habent. Hæc
Seneca, cum quo conferri potest Pe-
traërcha epistola ad Thomam Messa-
nensem, nec non de bonis & malis
libris Theophilus Raynaudus. Cum 2.
non tantum libri titulis splendidis ce-
lebres, sæpius inutiles sũnt, sed & non
raro nocivi, qui propterea jure me-
rentur dici *Tectoria Veneni* pestilentis-
simi inibi latentis, *destructiva veri-
tatis*, quam titulis mentiuntur. Le-
gat quis Ludovici Crocii assertionem
Augustanae Confessionis, Socini de Serva-
tore Jesu Christo, & Jona Schlichtin-
gii de SS. Trinitate libros, & perlectis
illis mecum desiderabit libros titulis
respondentes, cum quod promittunt
illi oppugnent & destruant. Non so-
leo illa, quæ antehac a me scripta
sunt, repetere, ut ne videar mihi ipsi
meæq; applaudere scriptioni. Jam au-
tem

tem

tem me cogit necessitas quædam, ut
hic iterum adscribam iudicium, quod
ante sedecim annos in *Academia Has-*
so Giessenâ tuli, ad monendum alios,
de libris quibusdam *Campanella*, in-
primis cum *hic* videatur non nullis, qui
dubio procul illum nunquam inspexer-
unt, quod titulis promissit, accuratè præ-
stitisse. Verba autem mea integra in
decade disputationum Theologicarum
hæc sunt: *Cavendus hic, si quisquam*
alius, est Thomas Campanella, in suo,
quem de Atheismo Triumphato ad Lu-
dovicum Justum XIII. Gallie Regem
scripsit tractatu, in quo Atheismi &
Gentilismi semina non pauca inveniun-
tur, cum quo conferendus liber ejus-
dem Autoris ad Doctorem Gentium de
Gentilismo non retinendo. Non puto
me dicturum aliquid contra veritatem,
si in prædictis Campanella libris nota-
vero præposterum inversumque Sile-
num. Sinamque titulum audis, pro-
mittit magnificum in demonstratione
Dei & religionis Christianæ contra A-
theos & Gentiles studium. Si Silenum
apertum introspicias, invenies Atheis-
mi propagandi fraudulentum artifi-

☉ ☉

trum & publicam Religionis Christianae
pestem. Quomodo Campanella sub
Atheismi expugnati forma tegat pro-
fanam atheorum mentem, alibi, volente
DEO, exponam. Hac vice monendus
lector est, hunc Gentilismi expugnato-
rem, eas sapius impio eruere ore, vo-
ces, quae Gentilismum persuadere ve-
lint. In Gentilismo rationis viam uni-
cè insistente, qui ponit Christianos, Ca-
techismum ad fidem Christi, discipulos
Christi, notitiam S.S. Trinitatis, Incar-
nationem Filii DEI, salutis aeternae vi-
am, ne ille Gentilismi non expugno-
rem, sed encomiasten agit. Placet no-
tare aliquos verborum flosculos, ex qui-
bus tanquam ex ungue leo, conatus ho-
minis facili negotio dijudicabitur. C. X.
Atheismi Triumphati p. 106. Illi omnes,
qui ex ratione vivunt, sunt Christiani
implicitè. Ne autem absq; ratione id di-
cere videretur, fundamentum ponit, ex
quo illud necessariò sequi cupit persua-
dere. Hoc scilicet, quoniam Christus est
virtus ratio, omnisq; virtus est rationis
decretum conf. p. 107. 108. 109. Eodem ca-
pite p. 121. Philosophiam ait, datam esse
hominibus tanquam Catechismum ad fi-
dem

☉ ☉

dem Christi, & per Philosophiam & A-
stronomiam, homines esse catechizatos
ad fidem. Unde etiam ibidem Socratem
tanquam discipulum Christi introducit.
Ille namquam secutus dicitur Christum
ignotum quidem sibi in carne, sed cogni-
tum universali ratione boni, quæ vera-
citer solum in illo est. Quomodo S.S.
Trinitatis mysterium rationi inscruta-
bile, ex ratione, etiam Ethnicis notum
ostendere nitatur, vide in Atheismo tri-
umphato p. 139, 140. seq. Incarnatio
eidem in natura fundatur p. 141. & de-
nique, ut omne ferat punctum ratio sibi
in Gentilismo relicta, & notitia natura-
lis, aperte scribit, etiam non-baptiza-
tos juxta præcepta nature viventes sal-
vari. vid. Atheism. triumph. p. 120.
122. in primis autem clara sunt ejus ver-
ba p. 144. 146. Hæc sunt quæ ante
hæc consensu & approbatione Ven. Fa-
cultatis Theol. in celeberrima Acade-
miâ Giessenâ scripsi. Non est, quod
jam addam aliud, quàm quod pari mo-
do licitum foret, scribere nobis assertio-
nem Alcorani, Catechismi Racoviensis
Concilii Tridentini, Catechismi Pala-
tini & Synodi Dordracene, illis etiam

A 9

omni-



omnibus *Turcis, Socinianis, Pontificiis*
 & *Calvinianis* triumphare de A. C. & li-
 bris nostris Symbolicis, admissis &
 probatis tamen omnium partium fun-
 damentis, & retentâ mente dogmarum,
 quibus quisque innutritus est. Quo-
 modo autem, quæso, sic vel *Religioni*
 sua constabit puritas, vel *Regnis & Pro-*
vinciis tranquillitas? Imo ut altius ad
 ecclesia ascendam, quomodo cum do-
 losis hisce machinationibus, concilia-
 bitur *Numinis* reverentia, cum luci ex-
 posita sit comminatio divina, *virum*
dolosum abominatur Jehova: Sanguini-
narii & dolosi non perducent ad dimi-
dium dies suos? Cui rei abominandus
Arii Decretis *Synodi Nicena* dolosè
 subscribentis exitus fidem facit, quem
 non sine *judicio divino*, testibus *Atha-*
naso, Socrate, Theodoreto, Sozomeno,
Ambrosio, S. Albelmo Schireburgensi
 apud *Occidentales Saxones in Anglia*
Episco in Bibliotheca Patrum maximâ,
 visceribus ejectis constat crepuisse me-
 dium,

Pf. 5. v. 7.
Pf. 55, ult.

Athan: in
ep. ad solita-
rum vitam
agentes p.
m. 436. &
459. So-
crates l. 1. c.
38. p. m. 73,
74. Theo-
dor. l. 1. c.

14. p. m. 42. 43. Sorzom. l. 2. c. 29. p. m.
489. Ambros. in concilio Aquilejensi;
T. 3. Biblioth: Patrum maxima edit.
Paris. ult. p. m. 40. lit. c.

dium, cum quibus conferri possunt *Otto Fri-*
recentiores, *Otto Frisingensis*, *Autor sing. lib. 4.*
Martyrologii Romani, & commentator *Ann. cap. 6.*
 in illud *Baronius*, item *Bellarminus*, *Jo-*
achimus Camerarius alique. Videant *Martyrol.*
 etiam simpliciores, maximè autem ju- *Roman. 15.*
 niores, ne splendidis librorum titulis *Jul. p. m.*
 decipiantur, ut hamo pisces, escà volu- *432. it. 28.*
 eres. Occultari ad nocendum in pixi- *Aug. p. m.*
 de aromatariâ, vino, cibo suavi, ad no- *534 Ba-*
 cendum, potest venenum, quod cavere *ron. in no-*
 oportet. Decet Tandem *Tractatores* *tis p. m.*
 & *Ecclesie Doctores* debitum & accura- *535. Bellar-*
 tum præmittere commendationibus *min. lib. 1.*
 scriptorum scrutinium, nisi videri ve- *de Christo*
 lint transiisse in castra *Philisteorum* *c. 12. p. m.*
Israëlem oppugnantium. Hoste aper- *77.*
 to deterior ille est, qui in castris ami- *¶ Quarto*
 corum constitutus, sociis non sine lau- *Joachimus*
 de vexilla commendat hostium. Cum *Camera-*
 discretionis judicio, expensis ad verbi *rius in Hi-*
 divini trutinam autoribus, audiendæ *storia Sy-*
 quoque sunt istiusmodi laudes & com- *nodi Nice-*
 mendationes publicæ, cum hæc laus *na. p. m.*
 & commendatio sæpius simplicitati *80. 81. 82.*
 fidei periculosa sit. Unde etiam in
 ipsis *Apostolorum*, ut vocantur, *cano-*
nibus constitutum est, *ut illi*, qui *com-*
menda-



Videatur mendatitiis instructi sunt, priusquam
Canon. A- recipiantur, examinentur, nec, nisi pro-
post. 32. bati inventi fuerint, ad communionem
Tom. I. admittantur; hâc additâ ratione, quod
Concil. e- multa etiam per surreptionem fiant.
dit. Paris. Est 3. *Artis typographica* abusus in
ex collect. morbo, quo correpti sunt multi epide-
Reg. p. m. mio, inclarescendi librorum variorum
16. editione, non expendentes, an libris
 suis profuturi sint publico. Rari inter
 eruditos sunt illi, qui à scribendo ab-
 stinent, gravibus sæpius moti causis.
 Melius tamen facturi, si & ipsi selectio-
 res materias scriptis proponerent; Quò
 pertinet in præloquio *Siracidis* man-
 datum scribendi intelligentibus datum.
 Ex *Philosophorum Gentilium* numero
Pythagoras, quo ipso, *Augustino* teste,
Gracia nihil habuit clarius, non tan-
 tum de se, sed nec de ulla re, aliquid
 scripsisse perhibetur. *Socrates* non ni-
 si pauculis versibus *Æsopi Fabulas* per-
 securus est. Videatur *August.* Inter
de consens *Personas* vel *Doctores Ecclesiasticos* re-
Evangel. c. ferri huc meretur *Heracles*, qui *Alexan-*
7. p. m. 145. *drinam Ecclesiam* per undecim admi-
Et T. 5. l. 8. nistravit annos; quem doctissimum,
De Civit. fuisse constat, & inter *Philosophos* sui
Dei cap. 2. tem-

Augustin.
T. 4. lib. 1.
de consens
Evangel. c.
7. p. m. 145.
Et T. 5. l. 8.
De Civit.
Dei cap. 2.



temporis, post *Origenem*, excellentis-
 simum, adeò ut *Julius Africanus* in epi-
 stola prima ad *Origenem* adhuc exstan-
 te, referat, se ejus videndi gratia petiis-
 se *Alexandriam*. Nihil autem quia
 scriptis comprehendit, factum inde est,
 ut inter *Ecclesiasticos scriptores* ab *Hie-
 ronymo* non recenseatur. Conferatur
Petrus Halloix Paulini Nolani exstant
 pauca quædam monumenta genuina,
 quorum conservatio deberur *Amando*
Episcopo & Confessori, cum ipse, ut di-
 vitiarum, sic quoque sui ipsius & lucu-
 brationum piarum esset contemptor,
 unde eas flocci faciens libenter perire
 sinebar, uti legere est apud *Baronium*.
 Eadem mens fuit aliis doctis viris, pau-
 cis tamen. Sunt etiam, qui, nescio, an
 doctis accensendi sint, videri tamen a
 liis tales cupiunt, magno promittentes
 hiatu, erudito orbi meditationes suas à
 nemine hætenus expensas, quas me-
 mores illius quod dicitur: *Si tacuisses,*
Philosophus mansisses, nunquam for-
 tasiss imprimendas *Typographis* exhi-
 bituri sunt. Pictæ illos dixero esse si-
 miles imagini, clavam in manu haben-
 ti, & omnibus domum ingredientibus,
 mi-

*Petrus Halloix in
 Origene defenso, &
 quidem in
 notationi-
 bus in vi-
 tam Orige-
 nis ad cap.
 20. p. m. 34.
 Baron. in
 notis ad
 martyr.
 Roman. 18.
 Junii p. m.
 375.*



minas & verbera inrentanti. Stat illa
 minas semper umbratiles exhibens, nec
 unquam ferit, donec verustate corrupta
 pereat: Ad eundem modum illis omne,
 quod eruditis faciunt desiderium, in ver-
 bis est. Faciam inquit, edam, scribam
 tot tantaq; nunquam haectenus visa vo-
 lumina, in quibus etiam immoti per-
 sistunt, donec mors omni conatui ja-
 nuam claudat. Plerique autem id a-
 gunt, ut in Tabernis librariis, nomina
 sua conspiciantur. Delinquunt hic
 non soli eruditi, sed & semidocti & Bar-
 bari, unde tanta jam librorum in pu-
 blico exstantium moles, ut boni & uti-
 les ab inuilibus & pravis vix ac ne vix
 discerni queant.

Eccles. 12.

Conquestus jam de hoc malo est

v. 14.

Sapiens, in codice *divini verbi*. *Sa-*

Horatius.

tyricus etiam de hoc ita cecinit mor-
 bo:

*Scribimus indocti doctique poë-
 mata passim.*

Juvenalis.

Alius item in hunc modum:

Tenet incurabile multos

Scribendi cacoëthes.

De *Didymo Grammatico Athen.* refert,
 eum Ter mille & quingentos libros à se
 compo-



compositos edidisse, quorum tamen ne nomina commemorare potuit, unde & βιβλιολάθας, ist est librorum suorum, immemor cognominatus fuit. *Abusus quartus* est in nominis, quam faciunt librorum autores, suppressione & silentio. Non nego, dari posse casus quosdam, quibus licet absque fraude, in veritate politicâ & civili dicendâ, nomen suum suppressere, vel etiam ingeniose mutare vel inflectere. Communiter tamen, cum primis in causâ religionis ejusque elencho volumina ἀνώνυμα καὶ ἀδέσποτα sine nomine & domino, male audiunt. Plerique enim conscientiam propriam ad i, sibi que ipsis metuentes ob ea quæ proponunt, nomina sua suppressunt. Fuit hic mos antiquis Hæreticis *Helcesaitis*, è quibus *Impostor quidam* conscripsit librum sine nomine, de quo jaçtabant, eos qui auscultaverint illi & crediderint, peccatorum veniam consecuturos & quidem ἄλλων ἀφεσιν παρ ἡν χριστὸς Ἰησοῦς ἀφῆκε, id est, *aliam & diversam ab illa peccatorum remissione, quam Jesus Christus impertit, addito figmento, è*
cæle



Eusebius
Hist. Ec-
cles. lib. 6.
cap. 38. p.
m. 234.
Hieronym
Tom. 3 op.
epistol in
epistola ad
Evagrium
p. m. 39.

Vincentii
Placcij
Syntagma
descriptis
& scripto-

caelo esse delapsum librum, uti videre est apud *Eusebium*. Fuit quoque tempore *Hieronimi Evagrius* quidam, qui miserat ad illum istiusmodi librum ἀνώρυμον καὶ ἀδέσποτον; Quid iudicaret de illo *Hieronymus* ex epistolâ ad illum scriptâ videre est. *Misisti*, inquit, *volumen ἀνώρυμον καὶ ἀδέσποτον*, & nescio, utrum tu de titulo nomen subtraxeris, an ille qui scripsit, ut periculum fugeret disputandi, autorem noluerit confiteri. Hæc ille. Farragines istiusmodi librorum ediderunt contra *Ecclesiam Evangelicam Jesuitæ & Reformati*, occultantes ita pestilentissimum Hæreticæ pravitatis, cum mendaciis & calumniis conjunctum virus, dignis excepti propterea a *Nostratibus* modis, ut mirer, qui factum, ut non ita pridem hi in iteratâ larvati autoris editione, (*Massonium* intelligo) post verum nomen sæpius à *Theologis Hassiacis* detectum & aliis, cū quibus, si placet, conferri potest *Vincentius Placcius* in syntagmate suo erudito de scriptis & scriptoribus anonymis & pseudonymis, triumphū somnare potuerint, qui in me-

tu

eu & fugâ nullus est. *Suspicionis, inquit* *ribus An-*
Metellus in epist. ad Cassandrum, nescio nymis &
quid pariunt à δέσποτοι libelli, ac ti- *Pseudony-*
morem arguunt & pusillanimitatem. mis p. m.
 Audiamus etiam è *Reformatis Hype-* 224 225.
rium: Hypocritarum, inquit, est, & Centuria
malè sibi consciorum, cum metuunt of- *prima epi-*
fendere, vel cum fallere student, ac stolarum
virus errorum in vulgus spargere, & selectarum
cum non sunt pares ad tuendum ea, Superiori
quæ proponunt, anonymis libellis & fi- *seculo à*
etis nominibus agere &c. Nos inhæ- *Belgis &*
 remus verbis *Salvatoris nostri: Qui ad Belgas*
malè agit, fugit lucem. Raro sine pe- *scriptarū*
stilentissimarum opinionum & calum- *epist. 57.*
niarum in innocentes directarum syr- *Metelli ad*
mate prodeunt istiusmodi libelli à δέ- *Cassandrū*
υποτοι καὶ ἀδέσποτοι; Unde etiam non *p. m. 299.*
 nostris tantum *Theologis serio impro-* *Joh. 3.*
 barta est hæc *librorum impressio, sed* *p. 20.*
 & in *ipsis Comitiorum Augustanorum* *Gerhard:*
Decretis de anno 1545. expressè prohi- *T. 6. LL. de*
bitum est, ne quis vel sine nomine, vel *Minist. Ec-*
mutato nomine scripta in publicum *clesiast. S.*
edat, conferatur è JCois *Joachimus* 272. *p. m.*
Gregorii J. U. D. in tractatu Germa- 159. *Fride-*
nico 2. Vom Schmähen und Lästern. *ricus Bal-*
Abusus quintus est in impressione li- *duin. im*
 B *brorum* *Christliche*



Bericht
von Ver-
dammung
falscher

Lehre. p.m.
200. seq.

Hülseman.
de corre-
ptione fra-

terna § 10
p.m. 80. 81.

Philippi
Heilbrun-
neri part.

2. des Jes
suite Spies
gel. f. m.

441. b.

Item Ger-
hard. in
Commen-
tar. epist.

prioris pe-
trin. p.m.

20. 21.

vier Tra-

brorum pravorum, quos præstaret
longè, æternis manere abjectos tene-
bris, quam publicatione typis factâ, in
luce & oculis hominum versari. Huc
pertinent non Tantum libri *Hæretici*,
sed & turpes, procacis & contranatu-
ralis libidinis pleni. Detestandum est
& nullâ purgandum aquâ, *Romane se-*
dis dedecus, quod *Job. de la Casa* *Archi-*
episcopus Beneventanus *Camera* *Apo-*
stolicæ *Decanus*, *Pontificis Secretarius*,
& in Veneta ditione legatus, rythmicè
conscripserit & ediderit librum de Lau-
de Sodomix, visum ab Erhardo Snepfio,
de quo meritò repeto verba *Apostoli*,
quod nec in perditissima Ethnicorum
colluvie tale auditum sit scelus. Tam
immundæ & impuræ sunt positiones &
evolutiones *Johannis de Alloza*, *Anto-*
nini Diana, *Thoma Sanchez*, *Antonii*
de Escobar, *Bonacinx* aliorumque ma-
gno numero, ut præceptores detestan-
dæ dici mereantur libidinis, & vel au-
diri talia inter *Christianos*, abominan-
dum

Hat vom Schmähen und Lästern
durch Joachimū Gregorii der Recha-
ten Doctoren, gedruckt zu Magde-
burg! Anno 1588. Tract. 2do. p.
m. 21.



dum sit. *Giesbertus Voëtius* in *Politica Ecclesiastica* profert *Judicium Sorbonista Aurelii* in vindiciis contra *Spongiam Lamelii*, quod dignum est, ut hic repetatur: *Omnium maximè, inquit Sorbonista Aurelius, intolerandi sunt illi Theologiae moralis, Institutionum moralium, praeceptorum compilatores, pene omnes Jesuita, inter quos Thomas S. edidit densum opus de matrimonio, opus non gloriandum sed pudendum; tam immani curiositate, tam invisa in rebus spurcissimis & infandis & monstrosis & diabolicis perscrutandis sagacitate horrendum, ut mirum sit, pudoris alicujus hominem, ea sine rubore scripsisse, quae quivis modestioris ingenii vix sine rubore legat. Portenta ista sunt non scripta, animorum insidia, non mentium subsidia; incentiva libidinum, schola flagitiorum, non honesta disciplina, non scientiae Christianae instrumenta: Infelix scientia, quae omnes perdere, paucos juvare nata est; quae circa sordes & sterquilinia volvenda & revolvenda volutatur. Hæc ille verè. Quid dicemus de *Atheisticis* libris, num & in illis edendis, officinarum typographicarum*



Arnobius
lib. 1mo.
adversus
Gentes p.
us. 22.

Petrus Da-
niel Hueti-
us demon-
str. Evang.
propof. 3.
p. m. 44.

carum abusus est? Judicaret quis istiusmodi libros non publicari, cum ut Arnobius bene ait, *furiosa sit insania, dubitare tantum de Deo.* Et tamen, quod omnino deplorandum est, existant typis inter Christianos mandati etiam istiusmodi libri; quales sunt: *Liber horrendus de tribus mundi impostoribus*, lectus, uti videtur, *Thomæ Campanella*, & aliquoties citatus. In autoris nomen, quod sollicitè quidam investigant, indignum est inquirere, quod infame est, & silentio perpetuo dignum, *Cymbalum mundi*, *Julij Caesaris Vanini Amphitheatrum eterne providentiae divino magicum*, item *Gothofredi à valle liber de arte nihil credendi*, *Religio medici*, *Tractatus impius & nefarius de Pre-Adamitis*, *Thomæ Campanella Atheismus triumphatus*. *Bodini* quoque in Christianismo oppugnando cum *Judeis & Atheis* desudavit improbus labor, cujus liber lectus *Huetio* est, & acri censurâ merito castigatus. Et ne quid desit nequitiae diabolicæ, quod ex officinis his non prodeat, scripti quoque & excusi leguntur libri magicæ & supersticiosas docent.

T. 2do. propofit. gna. p. m. 693.



docentes artes. In *Actis Apostolorum* *Act. 19.*
S. Lucas mentionem facit librorum,
 qui continuerunt *μαγεία*, vel curio-
 sas Magiæ Panurgicæ artes. Sunt
 namque *μαγεία*, *Luca*, docente Hen-
 rico Stephano, *magica artes*, quem
 sensum vocabuli tenet quoque *Chry-*
sostomus. Astrologia Judiciaria, quæ *Ma-*
giacomes audit, libros fuisse testatur *Au-*
gustinus nec non *Beda*, monente *Car-*
thagena. Job. Gerson in Tractatu de
 Laude scriptorum consideratione 10.
 meminit libri magici, æstimationis
 aureorum mille, suo tempore *Parisis*
 combusti. Vitam *Antonini Florentini*
Archi-Episcopi scripsit *Vincentius Mei-*
nardus, referens incommoda, quibus
 expositi fuerint filii cujusdam tonsoris
Petri, quamdiu librum magicum re-
 tinuit & usurpavit, quem librum ab
Antonino ait esse combustum. *Tri-*
themium de Steganographia excuset
 cum *Tannero*, qui volet. Ego magi-
 cum & dæmoniacis spirituum adju-
 rationibus esse plenum deprehendo, quem
 propterea librum flammis tradi cura-
 vit *Fridericus Secundus Elector Pala-*
tinus, conferatur ipse *Del Rio. Pe-*
trum Pomponatium in libro de incan-
 satio- 211.

Job. de
Carthage-
na Tom. 2do
Homiliarie
de arcanis
Dei para
& Joseph.
part. 1. lib.
XI. homil.
6ta. p. m.

507.
Job. Ger-
son. T. I. p.
in Tractat.
de laude
scriptorū
considerat.
X. lit. H.
Martinus
del Rio dis-
quis. ma-
gic. lib. 2.
qv. 3. p. m.

B 3

satio- 211.



rationibus, aliquoties apertum *magie demoniaca* defensore agere, negabit nemo pius, qui librum cum iudicio leget. Et quid mirum, magica libris inferi, cum & in *Schola Salmaticensi*, publica sit facta *magiæ panurgicæ* professio? Audiamus hac de re *Gerard. Job. Vossij*, cuius hæc sunt verba: *Satis mirari non possum, tantam fuisse superioribus seculis coecitatem, atque inscitiam, ut Salmantica & illa magia, quam dicunt Ægypticam & altera quam γουτεϊκὴν nominant, scholis publicis doceretur, quemadmodum in tertio de natura demonum tradit Job. Laurentius Ananias Theologus Tabernas, & ejus fide Gregorius Ragusejus Theologus Medicus & Philosophus Patavinus. lib. 2. de Divin. epist. 6ta. Hæc Vossius. Fieri etiam quandoque videmus, ut illi, quorum propositum est, librorum editione, publico prodesse, speculatione curiosâ nimis abrepti, vel etiam ab aliis seducti, ea libris inferant, quæ à superstitione famosâ excusari non possunt, parati tamen ad corrigendum, quæ docuerunt pravè, simul ac rectius fuerint edocti. Evenit id*

D. Sebastiano Wirdig, Doctori & Professori

D. Sebastiano Wirdig, Doctori & Professori

fessori Medico in novâ Spirituum Me-
 dicina. Notata sunt ab aliis in auto-
 ris citati tractatu nonnulla scandalosa,
scriptura sacrae & sanæ rationi diffor-
mia, superstitiosa item & magica, à
 quibus præprimis, quæ de *Talismati-*
bus scripsit, si hæc simpliciter ab eo pro-
 barentur, excusari non possunt: Unde
 etiam ipse *Helmontius* apud *Jacobum*
Pancretium Brunonem vocat *Diaboli-*
cum & siurrale inventum. Excusavit
 quidem illa *Thomas de Vio Cardinalis,*
 notatur tamen jure merito à *Gaugeri-*
co Hispano, sicut & communi *Theolo-*
gorum omnium partium calculo tan-
 quâ magica rejiciuntur istiusmodi *Ta-*
lismata, quorum nomina vel rationes
 alibi, ubi opus erit, recitabo. Hic
 verò tantùm sufficiat addidisse, eum
 Censuris *Theologorum & Medicorum,*
 & discursu quorundam, quibus id da-
 tum est negotii, monitum, prompto
 animo nuncium misisse illis omnibus,
 quæ tanquam erronea rejecta sunt à vi-
 ris piis pariter & doctis. In quâ agni-
 tione adhuc perseverat, cupiens dele-
 re, si liceret, illa omnia è libris, quæ
 pravè & incommodè docuit, & justâ
 censurâ notata sunt. Habuisse qui-
 dem

B 4

libi. cap.
 26. n. 13. p.
m. 169. lib.
 2. c. 28. n.
 5. p. m. 268.
 269.
Jacob Pan-
cratig Bru-
no Phil. &
Medic. D &
Prof. Ale-
dorff. in Le-
xic. Med.
Castellian.
 p. m. 116.
Thomas de
Vio Cajeta-
nan. Car-
dinal. in pec-
cator sum-
mula. p. m.
 330. & in
 2. 2 ad qu.
 96. art. 2.
Gaugerius
Hispanus
SS. Theol.
Lic. ad Ca-
jetanum
 p. m. 350.



*Julij Reichel
ti exer
citatio-
do a-
muletis
Æneis
figuris
illustra-
ta Ar-
gento-
rati p.
m. 87.*

*Petrus
Blesen-
sis epist.
19. ad
amicū
quen-
dam
juris
Canoni-
ci Stu-
diosum
p. m.
42*

dem sic dico *Julium Reichelium* in eruditissimâ suâ, de amuletis exercitatione, miranditi exer
Causam, quod ille, ex remediis *Talis manicis* petierit remedia, (quod tamen, licet speculative ponat, practicè fecisse non constat) habemus tamen nos jam majorem causam, ipsi ex animo gratulandi, quod erroribus rejectis veritatem agnoverit. Ne autem id aliis, quorū manibus hi libri versantur, ignotum sit, & ut ne improvidâ lectione alii seducantur, jussu Principali non solum à me facta est hæc præfatio, sed & eadem autoritate publicantur jam censura Theologiæ & Medicæ in hosce libros à viris piis & eruditissimis petita. *Tu lector pie*, illis bene utere, & vide ut cum magno piæ discretionis judicio quoq; legas *librum*, qui omnium fere manibus improvidè teritur, *Oeconomicum Coleri*, in quem (nescio cujus culpâ) irrepsisse multa superstitiosa in confesso est, & ut ante publicationem librorū ipse memor semper sis illorum, quæ *Petrus Blesensis*, ad amicum quendam Juris Canonici Studiosum scripsit. *Librum*, inquit, *meum de præstigiis fortuna*, quem *pastulas*, adhuc habere non potes: Prius enim quam exeat in publicam, sentiet castigatio-
ris lima judicium, ne illic aliquid informe vel incivile remaneat, quod oculos aut aures legentis offendat, Dar. Güstrovii Anno
1684. d. 1. Maji.



D. AUGUSTI VARENII,

Censura

MANDANTE

Serenissimo Principe,

De verbis quibusdam & the-
sibus scandalosis in libro

D. SEBASTIANI WIRDIG,

ROSTOCHIO

transmissa &

GUSTROVII exhibita An. 1683.

8. Januarij.

THESIS I.

1. Anima à Deo homini inspi-
rata, est ipsa divina ima-
go.
2. Anima divinas habet do-
tes, quales sunt facultas
B 5 crean.

creandi, h. e. sese multiplicandi.

3. Eadem habet facultatem ideas rerum & pathematum creandi.

Enigmas.

f.

Aliud est quærerere, an stylo Mo-
saico vel Biblico, Anima à
Deo homini inspirata, sit ipsa
(cujus Moses meminit) imago divina?
Aliud, an extra stylographiam Mosai-
cam & sensu latiore, dici possit ima-
go divina? Primum negatur; secun-
dum affirmatur. Prout natura huma-
na; ita & anima dicitur condita ad
imaginem divinam. E. non fuit ipsa
imago divina. *Gen. 1, 26. 27.* Imago
Divina per lapsum est amissa. (Un-
de Adamus post lapsum non dicitur
genuisse ad imaginem Divinam sed
propriam. *Genes. 5, 3.*) Anima in-
spirata per lapsum non est amissa. E.
Anima non fuit, nec est ipsa Divina
imago. Quia tamen Patres magno
ferè

ferè consensu distingvunt inter imaginem & similitudinem DEI, & illam referunt ad naturam intelligentiæ & voluntatis, atque sic ad ipsam animam rationalem; hanc autem, vel similitudinem, ad concreatas Adamo divinas dotes, ipsamque sic originalem justitiam, quin & in tribus facultatibus animæ, scil. intellectu, voluntate, memoria, imaginem statuunt SS. Personarum in unâ Essentiâ Trinitatis, neque Lutherus Comment. in Genesin illas Patrum de imagine Divinâ speculationes simpliciter reprobat, vel damnat, (etsi monet, illas minimè facere ad imaginem DEI in textu Mosaico rectè explicandas) excusandus inde quoque thesæos Autor fuerit, velut de imagine Divina latè & extra applicationem ad argumentum Mosaicum forè locutus.

II,

Divinæ illæ dotes, quas habuit Anima ratione Divinæ Originis & imaginis, per lapsum penitus amissæ sunt, sicut nec intelligere satis illas, & penetrare magnitudinem lapsus possumus. Habemus quidem, ait Lutherus, memoriam, intellectum & voluntatē.



unitatem : Sed si istæ potentia sint imago DEI (vel dotes illæ Divinæ) sequetur etiam Satanam , ad imaginem DEI conditum esse , qui profecto illa naturalia habet longè validiora , quàm nos habemus. Dotes illæ Divinæ , quas habuit anima ex primâ origine & imagine , fuêrunt in intellectu Sapientia & excellentissima DEI agnitio ; in appetitu utroque Sanctitas & iustitia , quibus conjuncta fuit in toto supposito , incorruptibilitas seu immortalitas. Facultas sese multiplicandi , non est in divinis illis dotibus , quæ fundantur in imagine Divina , quia nec cadit in DEUM , & cadit quoque in bruta , in quæ prout imago Divina non cadit : ita nec divinæ illæ dotes. Neque convenienter stylo Biblico , facultas sese multiplicandi vel ideas producendi , qualis describitur animæ appellatur facultas creandi. Quia tamen extra usum Biblicum terminus creandi latissimè sumitur , sic ut creatum æquipollet producto , procreato vel genito , excusanda pariter ex usu Latino , phraseologia illa fuerit.

THES.

❁ ❁

THES. II.

1. Spiritus in occisis expirantes, occisores sunt, mortisque suæ vindicatores.
2. Spiritus innocenter occisorum, post internecionem retinent talem animum vindicandi.

Ἐπικρίσις THEOLOGICA.

I.

A Ut intelligitur spiritus humanus immaterialis, seu ipsa occisi anima separata. Atque ille, simul expiratur, non in terris circumvagatur, non occisores vel persecutores olim suos mortales persequitur, vel ulciscitur: Sed ascendit sursum, & redit ad DEUM, qui dederat illum. *Eccles. c. 3, 21. 6. 12, 7.* Semel in Aulam Regis coelestem receptus, inde non remittitur, vel egreditur. Ab-
sit



fit autem Consilium ultionis, odii, vindictæ, admitti in illâ patriâ, in quâ nihil aliud quàm flagrantissimæ charitatis sempiterna & divina quædam flamma. *Cant.* 8, 6. Et, qui Spiritus in corpore peccati adhuc existentes, profuerunt persecutoribus, imò occisoribus, ut condonarerur illis peccatum, precibus ardentissimis, ad exemplum Salvatoris, contenderunt. (*Luc.* 23, 24. *Actor.* 7, 60.) Illos, ubi posito corpore peccati gravante admittuntur vel intrant gloriosissimum illud Regnum cœleste, velut non amplius obligatos ad dilectionem inimici quondam proximi, derepente illos odium, terribilemque illatæ violentæ mortis ultionem meditari.

II.

Aut intelligitur Spiritus materialis, vel spirituosus adhuc ex recentî cæde, vel vulnere lethali sanguis, occultâ quadam antipathiâ occisori suo infestus, cui adeò etiam in magnâ distantîâ per effluvia seu atomos adhæreat, & velut ultor imminentissimus ultionem paret vel minetur: Quia tamen de talibus spiritibus materialibus dici non potest, quod retineant
ani.



animum vindicandi, Conscientiæ
potius homicidarum, quatenus nocte
dieque suum gestant Inpectore re-
stem, & incumbenti graviterque per-
manenti pœnæ divinæ, ex verbo DEI
ipsis haut ignotæ, terror ille imputan-
dus fuerit. Potest etiam DEUS per
diffusissimas toto orbe operationes An-
gelicas, & vel per simulacra noctur-
na Occisores impœnites terrere,
ut convertantur, vel ubi jam appa-
rent insanabiles, justo iudicio, Diabo-
lo permittere, ut per talia simulacra
terreantur, ac puniantur vel perdan-
tur, (quale quid ob occisos 85. Sacer-
dotes, & excisam totam urbem, ex-
pertus Saul est, Confer. 1. Sam. 22,
18. 19. c. 28. 13. 14. 15.) atque sic multis
modis præstare, quod Noachidis, in-
novo tunc orbe, per diluvium purga-
to, denunciaverat: Ego sanguinem
vestrum reposcam; ab omni bestia re-
poscam illum; De manu ipsius homi-
nis, de manu cuiusque fratris ipsius
reposcam animam hominis. Gen. 9, 5,
ut non opus sit Spiritus occisorum ju-
storum, ipsorumque Martyrum inqvie-
rare, quales in Papatu dantur Martyro-
mastiges,

THES.



THES. III.

I. Gen. IV. Sanguis Abelis
seu Spiritus ejus in san-
guine clamat, vocifera-
tur, à DEO desiderat,
efflagitat, extorquet
vindictam.

Ἐπιμνησθε. THEOLOG.

Nihil in textu de Spiritu Abelis
extorqueute vindictam. San-
guis Abelis in agro sine spe-
ctatore mortali teste profusus, & Cai-
no vix tanti aestimatus, quanti casus
passeris, videbatur occisori, extra pro-
videntiam, impune & vindice nullo,
positus, unde DEO de fratre Abele
percontanti, tumidè responsum à fra-
trucidà Caino est. Ne verò diutius
tale quid securus occisor præsumeret:
Tantum, inquit, abest, ut fratricidium
illud tuum sit extra exactam meam &
specialem notitiam ac providentiam,
ut

ut

ut etiam Sangvines fratris tui clamē
 ad me de terrā, qui clamor censē-
 dus est, non ex præconceptā in A-
 bele morituro ultionis intentione, &
 pro hāc, vel post mortem obrinendā,
 apud DEUM ab Abele interpositā so-
 licitatione: Sed ex ipsā facinoris atro-
 cissimi pattatione, pro justitiæ divine
ἀντιδοκίης ratione. 2. *Theff.* 1. 5. 6. 7.
 & divinā mortis talis violentæ San-
 ctorum, in oculis DEI pretiosæ, gra-
 tiosissimā æstimatione. *Psal.* 116, 15.
 Cui fini repræsentatur illa vox San-
 gvinum, & ipsi Sangvines Abelis, &
 ex hoc, extra eadē si fuisset nasci-
 turorum, clamantes ad DEUM de ter-
 rā. Nec Sangvines Abelis dicuntur
 inclamare Cainum; Sed DEUM: quin
 Cain, pattatō jamjam fratricidio, non
 expertus mox est Spiritum Abelis, ul-
 torem sibi imminentem vel se infe-
 stantem, sed velut illius securus, &
 ipsi Numini prodigiosè insultaturus
 ad quæstiones: Ubi esset frater ejus
 Abel? ferociter & sine sensu talis à
 tergo imminentis Spiritus Ultoris, re-
 spondet; Non novi: & iterum:
 Numquid ego sim custos fratris mei?

G

At



At sic nihil spirituum fratris occisi,
ultorum vel ab his merus, ostendit
Cainus.

THES. IV.

Spiritus Abelis interfecti
presentes, persecuti sunt
Cainum, unde Cain di-
citur profugus factus va-
gabundus.

Ἐπίκλησις

Nihil de Spiritibus Abelis inter-
fecti in sanguine Caino præ-
sentibus & hunc persequenti-
bus ac infestantibus habetur in textu,
Non spiritus Abelis: sed Deus ipse
Cainum attonuit, illo imprimis toni-
tru: Nunc tu maledictus esto! Non
Spiritus Abelis: sed Deus ipse Cainum
extorrem infestumque ubique esse jus-
sit. Esto exul ab hac terra, vagus &
infestus exagitationibus ubique esto in
terrâ,



terrâ. *Gen. 4, 12.* Nec spiritibus Abelis: sed DEO ultori Cainus excommunicationem illam suam impuravit. *v. 14.* Ecce tu expellis me hodiè à facie istius terræ! Non memoratur Sanguis Abelis cum spiritibus huic immerfis in terrâ circumvagatus & Cainum persecutus: sed è manu fratricidæ à terra exceptus & tumulatus; Terra, ait DEUS, aperuit os suum, & excepit sanguinem fratris tui è manu tuâ. *v. 10.* Neque ratione caret, quod in mentione sanguinis justî venturi super nationem Judaicam refractariam, Abel & Sacharias velut duo Martyres copulentur ac ipsis nominibus exprimantur, *Matth. XXIII, 35.* Uterque Vir Sanctus, Martyr, imò Promartyr erat. Abel in primo mundo: Sacharias in primo templo. Utriusque Fides, Sanctitas, Confessio, DEO præcipuè grata & approbata. Uterque pro gloria DEI Zelota. Uterque passus indignus; Abel à fratre primogenito, de quo tanta fuerat Evæ Parentis generis humani expectatio, (Caino scilicet:) Sacharias à Rege & populo, de quo utroque incomparabi-



rabiliter meritis erat Parens Sacharias
 Ithjada, & quidem passus hic seu la-
 pidatus in atrio templi, seu inter tem-
 plum & altare. Ille in reparato per
 Messiam promissum orbe, in quo pau-
 lō antea solemniūter ab utroque fra-
 tre fuerat sacrificatum. *Gen. 4, 3 4 5.*
 Atque tot ac tanti respectus singulares
 hos duos Martyres copularunt, ac im-
 petrarunt, ut prout in Martyrio Abe-
 lis mentio sanguinis clamantis: Ita
 in Martyrio Sachariæ proclamatum,
 fuerit illud: **DOMINUS VIDEBIT
 ET REQUIRET!** *2. Chron. XIV,*
10. 11. 12. Neque adē ex singularis-
 simo hoc exemplo Sanguinis Abelis
DEUM inclamantis, inferendum pro-
 miscuē ad spiritus occisorum post in-
 ternecionem, retinentes animum vin-
 dicandi, vel ulciscendi tuos occisores,
 & horum infestatores seu persecutores.
 Ita animæ sub Altari, maturari judi-
 cium, & vindicari sanguinem Marty-
 rum desiderantes, & hac sua desideria
 magno clamore testantes, exprimunt
 Ecclesię primitivæ sub tyrannis statum,
 quando universus orbis madebat San-
 guine Christianorum. *Apoc. VI, 11.*
 Et

Et in Sangvine Abelis peculiaris respectus ad sangvinem Christi, qui solus non autem seu Abelis seu cujuscunque Martyris, fuit propitiatio pro peccatis totius mundi, & sic potiora loquitur, quam Abel vel hujus Sangvis, *Hebr. XII, 24.*

THES. V.

1. Fascinationes non fiunt duntaxat Spirituum & fortis Phantasiæ viribus ac præstigiis; Sed aliis etiam mediis & remediis naturalibus, & sic fascinationes dantur naturales.
2. Omnem Magiam, etiam dæmoniacam, naturalem, quæ per media naturalia peragitur, pronuncio.

C 3

Επιχει-



Επικρισις.

Permittente DEO, fascinationes non solum fieri à dæmone, præstigiis hominem fallendo, & sensibus ipsiqve sic Phantasiæ fascinatorum multipliciter imponendo : sed & per arcanam causarum naturalium, & in his potentiarum activarum ad passivas applicationem, fieri illas posse, negari non licet, prout exemplum alium fascinationum, i. e. in magis Pharaonis extant in scriptura. Cæterum à re Physica seu naturali, quæ aliquando adhibetur, ad applicationem, per modum mediæ Physici, non valet consequentia. Abutitur enim bona DEI creaturâ diabolus, ubi per illam fascino nocet. Applicat media naturalia pravè, & præter usum à Conditoris intentum, ac illo modo, & tempore, quo non erant applicanda. Poterat præterea diabolus præstigiis fallere, unum pro altero substituere, & sic naturale remedium fingere : Cumqve hominibus applicationes naturalium longè plures sint ignotæ, velut arca-

næ,



nae, diabolo autem velut sagacissimo
 spiritui magis nota, nemo mortalium
 adeo accuratè limites Magiæ natura-
 lis arcanæ à Magia daemoniacâ potest
 discernere, proinde in talibus iudicium
 rectius suspenditur, & arcanis illis re-
 mediis, etsi forrè videantur effectu desi-
 derato haut desitui (prout in unguentis
 Magneticis Sympatheticis, artuariis) tu-
 tius, reluctante vel dubitante, conscien-
 tia, abstinetur, quàm temerè quic-
 quam illorum adhibetur. Rom. 14, 23.

Et fatetur Helmontius ipse, *sim-
 plicibus subvenire aliquando aliene
 formæ imperium & characterem, ut
 contagium faciant inter Symbolizantia,
 unde nascantur veneficia & in-
 cantationes. Cacodæmon ille, quæ per
 Blas voluntarium preparantur, ve-
 nena aut fermenta, quæ per se non ha-
 beant, addere, aut per devinætas sibi
 sagas copulare, quæ tunc cætera vene-
 na antecellunt.* Tantò majore adeo
 cautione hîc opus est, ne superemur
 à Satana. Machinationes quippe ejus
 non ignoramus. 2. Cor. II, 10. 11.

II.

Neque dubium, quin, quæ per
 certos, & vel insolitos Characterismos,

III.

CA incant



incantationum formulas, chartulas, vel ipsum Tetragrammatum inscriptas expediuntur vel applicantur, abominabilis Magiæ dæmoniacæ signa sint, & verè profunditates Satanae.

THES. VI.

Fascinationibus talibus resistimus 1. animositate. 2. combustione per ignē, qui ignis media fascinationum consumit, & annihilat, ligatosque spiritus liberat.

Ἐπιμαρτυρία.

Vana foret & est animositas, nisi armata fuerit verâ & vivâ in Christum fide, quæ fides est victoria mundi, & principis mundi seu diaboli. *Job. XIV, 3. 1. Job. V, 4.* Extra quam non nisi vanum habendi simulacrum, & inane adversus dæmonas

nas

nas τὰς κοσμοκρατίας telum, foret
 præsumta illa animositas.

Armatura contra diabolum, pro-
 ut non ex affectata vel arrogata tali a-
 nimositate est præsumenda: Ita nec ex
 combustione mediorum, quæ sic ap-
 pellantur, fascinationis, promittenda,
 multò minus liberatio spirituum liga-
 torum tali combustioni adscribenda,
 atque sic ligatio talibus signis magicis,
 quâ ratione, quod soli Christo, qui
 venit in mundum, ut dissolveret ope-
 ra diaboli, 1. Job. III, 8. & fidei in
 Christum debebatur, vel ab hac expe-
 ctandum & præstandum erat, imputa-
 tur combustioni, & mediis vel inani-
 bus signis talibus, quod diabolo, per-
 mittente DEO, ac cum illo conspira-
 tur, & sermoni ejus fides accommo-
 datur. Quænam autem concordia est
 Christo cum Belial? 2. Cor. VI, 15, 16.

Universam armaturam DEI, ex
 qua πανοπλία spirituali diabolo, ejus-
 que fascinationibus resistendum, ostens-
 dit Apostolus plenissimâ descriptione
 Ephes. c. VI, 11, 12. Non vult collu-
 ctari nos cum inanibus & ludicris char-
 tulis vel fascinorum signis seu tesseriis,
 & ex

C 5

II.

III.

VI

12

II

& ex harum combustione victoriam nobis adversus fascinatores Spiritus promittere. Luctandum nobis agnoscit adversus mundi hujus Principes, seu tenebrarum seculi Rectores, adversus spirituales improbitates, quæ sunt in sublimi, & propterea armatos nos vult, universâ armaturâ DEI, cingulo scilicet veritatis, thorace justitiæ, Evangelio pacis, scuto fidei, galeâ salutis, gladio spiritus seu verbo DEI, omni perseverantiqve pro omnibus Sanctis deprecatione & supplicatione, ut sic possimus adverso tempore stare vel obfistere, & extinctis omnibus ejus jaculis ignitis victoriam reportare. *Ephes. VI, 11. 12. seqq.* Acclamat *Jacobus c. IV, 7.* Obfistite diabolo & fugiet à vobis. Qui sic ab Apostolo armatus, aggredi diabolum potest, prout qui citra illam armaturam solâ animositate & combustione, ludibrium daturus est, par illis Exorcistis Ephesinis, *Act. XIX, 14. 15. 16.*

III

IV.

Combustio illa fascini sequi poterat fascinatorum à Satanâ liberationem, antecedere non debebat. Fascinato,

☉ ☉

47

nato, verè & verâ in Christum fide,
jam liberato, ipsa suâ inanitate sponte
evanescent illæ fascinorum tesserae. Ita
qvi apud Ephesinos Magiæ damnatæ
operam dederant, non à combustio-
ne: sed à confessione, à peccatorum
agnitione, qvòd tanto tempore curio-
sa exercuerant, à verâ in Christum fide,
retractationis & emendationis prim-
ordia duxerunt, & ubi jam credide-
rant & confessi pravam superstitionem
erant, tunc demum comportatos li-
bros magicos in publico civitatis con-
spectu exusserunt. Atqve hoc ordine
fortiter crevit sermo DEL. *Actor. XIX,*
18. 19. 20. Ita Hilarion Eremita, fasci-
natam virginem liberaturus, qvam,
qvi deperibat, juvenis, emto à Mem-
phiticis Esculapii Vatibus fascino, æ-
ris scil. Cyprii laminâ, tormentis qvi-
busdam verborum & portentosis figu-
ris insculpta, & subter limen domus
virginis defossa, miserè perditum ive-
rat, noluit, anteqvam à Satana, preci-
bus & invocato nomine Christi virgi-
nem purgasset, signa illa defossa perqvi-
ri, & tolli, *ne aut solitis incantationi-
bus recessisse Satan videretur, aut ipse
ejus*



eius sermonibus accommodasse fidem, afferens, fallaces esse demones & ad simulandum callidos. vid. historia apud Hieronymum in vita S. Hilari- nis, tom. I. oper. post Epist. 49. p. 311. 323.

THES. VII.

1. Prima astralium influen-
tiarum imbutio & infu-
sio fundamentum est
Talismatum fabricando-
rum.

2. In iteratâ quippe infusio-
ne per ignem, metallum
spiritus quosdam non a-
deo fixos amittit, in quo-
rum locum succedunt a-
lii spiritus, Planetæ ni-
mirum cujusdam activi,
tunc temporis fortissi-
mi,

3 Fabri-

3. Fabricanda sunt Talismata sub certa constellatione, Planeta in earpento seu throno suo constituto.

4. Talismatum virtutem, ex caelo microcosmico fluere vult Helmontius, unde medicina Talismanica, hodiè minus usitata & plerisque suspecta.

Επίκρισις.

Licet astris, etiam per influentias, in hac inferiora ipsasque abditissimas etiam terrae cavernas, agendi vis deneganda haut sit: tamen influentiis illis licentiosè dubios adeò & suspectos, planè de Magià dæmoniacà effectus adscribere, periculo non caret.

I.

VI

II, Con-



II.

Constellationibus & Planetis aliis, alios effectus sic arrogare, ac si non sub variis ejusdem anni vel æstatis constellationibus idem effectus possit produci, sed ad hunc requiratur una certa cœli constellatio, & Planetas fingere alios benigniores, alios minus benignos, alios fortiores, alios imbecilliores, &c. non videbatur ex communi bonitate & dignitate stellarum, multò minus eas trahere in consortium & synergismum Magicum.

III.

In Scripturis pessimè audiunt non solum præstigiatores: sed & מענני sive operationes, juxta Planetarum vel astrorum dispositiones, ordinantes, & sic tempora peragendis rebus idonea deligentes, (Luther. Die Tag-Wehler) Lev. XIX, 26. Deut. 18, 14. Confer. quoque *Isaie XLVII, 9. seq.*

IV.

Licet autem nec Theologus Medico, nec hic illi, nec religio vel pietas Medicæ arti, nec hæc illi præjudicare debeat, & in plurimis horum, imprimis circa fabricationem Talismatum.



smatum & medicinam Talismanicam,
 iudicium potius relinquendum sit,
 conscientiosis & artis ac naturæ soli-
 dè peritis Medicis, quàm expectandum
 à Theologis, tamen postquam Hel-
 montius præcipuus horum defensor,
 pro suâ sententia commendat Para-
 cellsum, *Monarcham*, quem vocat,
arcanorum. Paracelsus autem (teste
 celeb. Medico Hispano Ramirez) a-
 pertè confessus, *se medicinam suam*
immediatè à diabolo didisisse & *cum*
Avicennâ in vestibulo inferni de au-
ro potabili disputasse, quem porro i-
 dem Ramirez *audacissimum, impuden-*
tissimum, impium blasphemum, cui
 ludicrum fuerit & familiare, *pro pro-*
bando artis suæ specimine, diabolo-
rum agmen accersere. Vid. quoque
 Delrio *disq. Mag. l. 6. c. 2. q. 4.* Jure
 merito Paracelsistica illa & Talisma-
 nica Medicina suspecta esse debebat,
 ipsaqve fabricatio Talismatum sub re-
 quisitâ tali certâ constellatione. Quin
 Helmontius ipse tantus defensor Ta-
 lismatum alicubi *Talismanica* recen-
 set inter *media satanica, superstitiosa,*
vana. Vid. in recept. inject. p. 540. &
 libr. 6.



libr. 6. de potest. Med. p. 459. aperte
 fateatur: *Gentilitati deberi Hierogly-
 phica, ut per figuram denunciarent
 signum occulta virtutis, inde crevisse
 in posteris suspicionem, qui Talisma-
 nica, atque id genus demoniaca inun-
 xerint, putantes, quod figura non
 quidem signa, sed cause vires habe-
 rent, tantò cautius hic mercandum
 proinde fuerit, quantò magis suspe-
 ctos & Doctores habuit, & dome-
 sticos de vanitate artis con-
 fessores.*



Cen-



Censura

Facultatis Theologicae

Wittenbergensis

De

POSITIONIBUS TRANSMISSIS.

Genii, si speciales substantiae sunt, & Spiritus è materia maxime spirituali, lucida & ignea creati, neque in Scriptura, neque in s. na Philosophia fundamentum habent. Nam nec in S. literis quicquam de talibus geniiis invenitur, nec in natura. Finxerunt Platonici genios, vel Dæmones, genere animalia, ingenio rationalia, animo passiva, corpore aërea, tempore aeterna: De quibus Apulejus l. III. de DEO Socrus.

D

U. A. H.



Et August. l. XII. de C. D. cap. 16.
 Quod Judæorum quoque, & nonnul-
 lorum Christianorum, imò & Muham-
 medanorum commentum Hugo Gro-
 tius non improbavit, etsi Aristoteles
 confutavit, intelligentias ab omni ma-
 teria secretas statuens. Sicut Aposto-
 lus *Ebr. I, 14.* Angelos πνεύματα
 λειτουργικά dixit, & corpora ac Spi-
 ritus ἀντιδιηρημένως sibi opponuntur,
 Dicuntur quidem Angeli flammæ igne-
 æ, ob puritatem, splendorem, & cla-
 rritatem, ac efficaciam virtutem, non
 autem ob naturam igneam, vel quod
 materiæ sint igneæ. Corpora Dæmo-
 nibus tribuere, est contra Synodum
 Lateranensem, sub Innocentio III. ha-
 bitam, & communem sententiam, ut
 è Schvarez, & Vasquezio docuit D.
 Calovius, *Tom. IV, Syst. p. 38.* Scri-
 ptura alios Dæmones non agnoscit,
 quàm Diabolos, neque mediæ dantur
 naturæ æternæ inter DEUM & homi-
 nes. *Vid. l. c. p. 42. seqq. 347. seqq.*
 Adde & quæ de Lactantianis commen-
 tis Dn. noster Senior ac p. t. Decanus,
 D. Calovius dixit, *p. 356. seqq.*

Neque



Neque de corpore animæ taber-
naculo, ceu carcere tenebricoso, sive
in libro Scripturæ, sive in libro natu-
ræ quicquam legere est. Anima qui-
dem intellectualis habitat in corpore
organico, sed ut forma, eademque
immaterialis, id actuans & perficiens,
& ad vitam, sensum & motum exci-
tans, non tamen ibi est tanquam in
carcere, sed cum corpore hominem
constituit, ceu pars ejusdem. Conf.
Syst. Theol. Dn. D. Calovii T. III. Quest.
XII. p. 1123.

De Necromantia, quæ exercentur
per mortuorum cadavera, nihil novi-
mus: quam dependere ex Spiritibus ca-
daverum frigidis, pro commento habe-
mus Magico. Num autem Medicina
quædam exinde inveniri possit, Medici
judicabunt. Incognitam hactenus fuisse,
facile annuimus. Quod autem
eadem faciat pro coercendis Spiritibus
morbofis, enormoticis, copia, cali-
ditate, & orgasmo peccantibus, Medi-
cis discutiendum relinquimus. Ut &
quod dicitur (licet solum scepticè, ut
annuis vacula forsan) quod genii spi-
ritus

❁ ❁

ritus sint nigri, & tenebricosi, cum facultatem habeant extinguendi corporis nostri Spiritus radiantes. E Scriptura S. nihil eorum colligi potest.

IV.

Neque in S. literis quicquam habetur de Spiritibus mineralibus, qui in superficie terræ, & ab ejus phantasia generentur, quique hirsuti sint, hispidosi, senticosi, aculeati. Nullus apex, nullum Jota de talibus Spiritibus reperitur.

V.

Multò minus de Metempsychosi, quæ sit circulatio, & transmigratio spirituum vegetabilium in animalia, animalium in animalia, animalium in homines, hominum & animalium (brutorum) in aëreos, aëreorum in terram, terræ iterum in vegetabilia. Quam rerum naturalium periodum & circumulum nullus Theologorum hætenus in Scripturis invenit, nullus etiam metempsychosin, nullus transmigratorem ejusmodi spirituum, aut circulationem. Quid Pythagoras intelligat per animas, Theologorum non est inquirere, & an nihil aliud, quàm ani-

mas



mas sensitivas, & vegetabiles materiales intelligere potuerit, disquirant Philosophi, quibus etiam iudicium relinquimus, anne animæ, seu Spiritus animalia ingrediantur, & e corpore in corpus migrent, & an demonstrent id sensus. Nobis id sensus non demonstrarunt. Quæ sit vera metempsychosis Pythagorica, & num illa fiat, quando cum alimentis assumimus spiritus animalium, & vegetabilium, ut ingrediantur corpus nostrum, nobisque & naturæ nostræ fiant domestici & familiares Spiritus, Theologorum non est indagare aut scrutari.

Anima quidem transmigrat ad DEUM, à quo originem sumit, sed anima intellectualis, non verò vegetativa, aut sensibilibus: neque transmigratio fit per Magnetismum, & naturalem similibus tractum, sed DEUS suscipit animam nostram in morte, & Spiritus revertitur ad DEUM, unde venit, teste Salomone, *Eccles. XII, 7.*

VI.

Scripturæ adversatur, qui dicit,

D 3

nihil

VII.



nihil nos scire, nisi per sensuum externorum Spiritus nobis communicetur, & Spiritibus imprimatur. Quod in Socinianis aliàs reprobavimus, stauentibus, nihil esse in intellectu, quod non fuerit prius in sensu. Vid. Socinism. profligatus D. Calovii, Collegæ, & Sen. nostri, & Physica Photiniana D. Kesleri, pag. 181. seqq.

IIIX.

Viperæ & serpentes per se innoxia & meticulosa non sunt, etsi ante peccatum innoxia fuerint: neque palingenias in corpore per depositionem exuviarum habent signaturam. Nec credendum, quod longæ vitæ remedia sint, quæ perennitatis habent, & longæ vitæ signaturam, aut quod animalia annosa, v. g. cervi, leones, cornix, lucius piscis &c. longæ vitæ signaturam habeant. An Spiritus ex iis extracti, nostrisque sociati, nostrorum possint esse firmamentum, dijudicent Medici. Exemplar esse nostrorum perennandorum, haud arbitramur.

EX.

Carmina & characteres, licet fictos,



fictos, utiliter adhiberi posse, quod Rogerio Baconi, & Constantino Medico creditum fuit, haud censemus. Quantitatis enim nulla est efficacia.

Astrologos pro erigendo themate genethliaco, seligere potius natiuitatis, quam conceptus tempus, cum sensibilibus per sensibilem inspirationem, & respirationem imbibat, atrahat, inspiret primitus tenerrimum recens nati infantuli corpusculum, spiritus cum aere astrales, qui imbuunt, animant, & disponunt illud pro sua natura, haud improbabile: Esti Astrologia, & genethliaco themati e Scriptura parum tribuendum sit.

Xi

Terram ad astrorum imitationem annuo motu, ut vult Copernicus, moveri, ἀνίστασθαι. Terra enim secundum Scripturam ordinariè stat, non movetur, Eccles. I, 4. seq. Jos. X, 12. seqq. Motus verò, secundum animam mundi merum est commentum: quia mundus non est species, sed aggregatura specierum, & anima mundi Platonica stultitia est,

XI.

D 4

neqve



neque naturæ neque scripturæ conveniens. Quando enim cœlum & terra transibit, ubi anima mundi manebit?

XII.

Non admittendum, quod mundus & natura febricitent. Febres enim homini obtingunt, non mundo: & è peccato in homine ac abusu bonorum naturæ oriuntur. Hyemis autem ac æstatis vicissitudines naturam sustinere, nemo dubitat.

XIII.

Curatio Magnetica, & Sympathetica an mutuo & communi spirituum sensu perficiantur, Medicorum & Physicorum Judicio committimus. Non autem improbabile videtur, Spiritus à putredine, & injuria aëris conservari, & vegetari, dum in sanguine, vel mumia quadam extravasata curantur, curiosè tractantur, deliguntur, in temperato loco foventur.

XIV.

An Spiritus ex occisis occisoribus expirantes, occidant, indicando homicidas, experientiæ committimus. Ratio, quæ redditur, vero similis non videtur, quod quia ex occisoribus & homi-

homicidis in iracundiæ furore occisis exhalant, & emanant, retineant rancorem, iracundiæ furorem, indolem & animum se vindicandi, & occidendi milium militantium truculentiam, quia accidentis non est accidens, & cadavera defuncta sensu carent, nec affectus habent, aut vindictæ cupiditatem.

Nihil huc facit, quod *Gen. IV.* XV,
dicitur, vox Sangvinis fratris tui clamat ad me de terra &c. quæ vox non est de Spiritu vindictam excitante, sed de vi conscientiæ, ut in commentario in *Genesin* dictum.

De animo vindicandi dictum factis §. XIV. Non est, quod hic addamus. XVI,

De Gallo animoso lapidi *Alestorio* generositatem conciliante, & aliis, quæ hic habentur, non est, quod Theologi advertant. XVII,

Indefinitam activitatis spheram ab infinito Creatore concessam, non. XVIII,

D 5 proba-

probamus, nihil enim agit ultra sphaeram activitatis suae, nedum in infinitum, nec habent finitae Creaturae indefinitam activitatis sphaeram.

XIX. De Magnetis radiis & spiratione Medicis & Physicis permittimus iudicium.

XX. Non autem existimamus, ocellarum qualitatum rationem manifestam dari posse. Negarunt id hactenus Physici plerique omnes, & ideo qualitates occultas à manifestis distinxerunt, quod de illis nulla detur ratio per naturam. Quod verò anima potestatem habeat spiritum creandi, alienum est à sana Theologia. Illa potestas unicè infinitae potestatis est. Unde etiam falsum est, animam hominis, ipsamque imaginem DEI in anima hominis vim creandi habere.

XXI. Quod fascinatio propriè spirituum imperium fit in & super spiritus, subjugando eos, & quasi ligando, temerè dicitur, nec probari potest ullatenus.

XXII. Nec



Nec Spiritus hominis alius hominis Spiritibus imperat. Si imperaret, an tyrannis sit, & increpatio, ac fascino, suo loco relinquimus.

XXII.

De Phantasia, quomodo activior fiat, & exaltetur, Theologia non docet. Neutiquam autem probamus, quod fascinationes peragantur voce, cantu, murmure; facilius visu & jaculatione fieri arbitramur.

XXIII.

Transfascinationes an fiant etiam mediis & remediis naturalibus &c. & quidem mortuorum cadaveribus & ossibus, vestimentis & indumentis, quibus nocent, dispiciant Medici, Theologia de transfascinatione nihil tradit. Dæmones, divinâ concessione, posse aliquid supernaturale patrare, non implicat. Supernaturalia quidem, quæ vera miracula sunt, patrare non possunt Dæmones, quia solus DEUS miracula patrat. At præternaturalia, profisciscuntur quandoque opera Dæmonum, imprimis si DEUS permittat, quandoque etiam sine dæmonibus, per exorbitantiam naturæ, uti non raro
exem.

XXIV.

☉ ☉
exemplo sunt monstra. Animas au-
tem phantasia sibi aliisque prodesse vel
obesse posse, non negamus: docet e-
nim id non raro experientia. Sagarum
verò Magia omninò illicita est, & ver-
bo DEI prohibita.

XXV.

Magia Dæmonica non curatur,
sed punitur combustione per ignem,
Theologorum pariter & Ictorum ju-
dicio. Nihil autem eò facit, quod
sordes & impuritates spirituum tollan-
tur per conflagrationem materiae.

XXVI.

Quæ de specificis Medicamentis
à signaturis desumptis §. 26 tradun-
tur, nostram Professionem haud tan-
gunt.

XXVII.

Quæ de arcanis majoribus, lapide
Philosophorum, &c. hîc §. XXVII. no-
tata, disquirenda relinquimus aliis. Ad
nos ea non pertinent.

XXIIX.

DEUM intentionem habuisse
ad Mumiam, cum excrementa jusse
sub

sub terram defodere, eâ fini, quæ hic
inducatur, non apparet, nec de illa
intentione quicquam colligi potest.
Speculationes hæ extra scripturam
sunt, & à scriptura alienæ.

XXIX.

Ritus curandi lepram per trans-
plantationem, non est *Lev. XIV.* in-
iunctus, nec ex Lege Divina colligi
potest, neque arbitramur, cabalisticè
saltem ex Scripturis colligi & deduci
posse.

XXX.

Curatio Sympathetica per canes,
aliaque animalia domestica, non per-
tinet ad disquisitionem Theologicam,
neque Curatio febricitantium per ma-
num & pedum ungues abscissos, quæ
cura superstitione non vacat, adeoq;
reâius omittitur, quàm instituitur ab
iis, qui conscienter curant. Non au-
tem ira improbanda est curatio, quæ
hæmoerhoidalem exfugunt hirudi-
nes.


De reliquis uti Theologia nostra ni-
hil



hil docet, ita Medicis iudicium in soli-
dum committimus.

Wite-
berga d. 8.
Jannarij,
1684.

Decanus, Senior,
Doctores, & Professo-
res Facult. Theologi-
cæ in Electorali Uni-
versitate Witeber-
genfi.



MEDI-



MEDICA
AD THESES
TRANSMISSAS
RESPONSIO.

§. 1.

Positiones transmissæ nihil adeo novi in se continent. Meditati sunt easdem suspectus Paracelsus, Crolius, Andreas Tenzelius, & ut loquitur Verulamius, aliquot ignobiles Magiæ Autores: Filium pertexere cœperunt Helmontius, Robertus Fludd, D. Wirdig in Medicina nova Spirituum, Gvilielmus Maxwelllus de Medicina Magnetica, Arnold. Bachimius, Denston. in Pan-Sophia Enchiret. quos ex Cartesianis sequuntur hodiè plures.

§. 2. Si



§. 2.

Si super his iudicium sit formandum, fundamentum est inquirendum, quo nitantur.

§. 3.

Fundamentum Positionum omnium consistit in Doctrina Platoniorum de Spiritu Mundi, & quæ exinde deducunt, Spiritu vitali.

§. 4.

Quicumque enim hanc opinionem fovent, statuunt Spiritum vitalem esse ipsam Animam sensitivam & vegetativam in Brutis & Vegetabilibus; In Homine autem tertiam partem constitutivam, distinctam a corpore & Anima rationali, quam Mentem appellant. Huic Spiritui tribuunt easdem operationes, quas Animæ tribuunt Philosophi, per hunc dicuntur vivere, sentire, moveri & nutriri homines. Mentem autem seu animam rationalem iudicant non informare corpus, sed esse in eodem tanquam in carcere inclusam, juxta Posit. 2.

§. 5. Præ-



§. 5.

Præsupponunt isti Spiritum Mundi seu Animam Universalem, quod & Autor positionum fateri cogitur, dum Posit. 4. Terræ tribuit Phantasiam, & Posit. 12. Universam Naturam febricitare statuit.

§. 6.

Hujus Spiritus Universalis & animæ mundi portionem esse Spiritum vitalem ingenuè fatentur. Dicunt in Generatione illam portionem includi in semine, eandem corpus deinde formare, actuare & permanere, quamdiu vita maneat, h. e. corpus aptum sit ad operationes: postea autem corpore, tanquam automato, corrupto & mortuo, ex eo egredi & iterum Spiritui Universali sociari, ab hoc denno vel statim post aliquod tempus ablegari in aliud corpus, ita ut qui fuerit jam in Homine, postea transeat in Brutum, & vice versa. Unde deducunt amicitias & inimicitias Brutorum cum Homine & illam Pythagoricam Metemψύχωσιν, de qua
E posit.



Posit. 5. & Transplantationes atque
curas Sympatheticas Posit 13. 29. 30.

§. 7.

Ulterius statuunt, illos Spiritus
interdum post mortem adhuc in cor-
pore permanere, interdum hinc inde
vagari antequam socientur Spiritui
universali, & hinc oriri Spectra, Ge-
nios, Spiritus minerales, de quo etiam
Posit. 1. & 4. agitur.

§. 8.

Tribuunt insuper Spiritibus Vi-
talibus, quando in corpore sunt, affe-
ctuum directionem: putant ab his de-
pendere iras, inimicitias, amores,
citra animæ rationalis cooperationem,
vel si aliquid tribuant animæ s. men-
ti, magis tñ. ad Spiritum vitalem re-
spiciunt: Hinc etiam asserunt, post
mortem istas quoque exercere passio-
nes, ut vel insequantur occisores jux-
ta Posit. 14. 15. 16. vel alios inimicos:
vel cum amicis amicè conversentur,
quò eò melius Geniorum conciliatio-
nem defendant. Positis his alia inde
colligunt: Cur mens præfaga mali di-
catur?



catur? quomodo mortes amicorum;
inimicorum consilia, & quæ alia sunt,
præfagiat sæpè Spiritus vitalis? O-
mne id tribuunt Spirituum consensui &
Geniorum ingenio.

§. 9.

Per se etiam fluit exinde, Magicas
quasdam operationes & fascinationes
esse naturales, si consensus l. dissensus
Geniorum statuatur, si imperium
Spiritibus vitalibus in alios conceda-
tur, quæ omnia continentur in Posit.
21. 22. 23. 24. 25.

§. 10.

Concedunt alij quoque impe-
rium Spiritibus in res inanimatas, ut
characteres, verba, carmina &c. pu-
tant imprimere eosdem ideam iis in
Spiritu conceptam, ut exerant virtu-
tem per illam impressionem, quo ten-
dere videtur Autor posit. 9. & 26.

§. 11.

Sed an hæc omnia conformia
sint Orthodoxæ fidei, judicabunt
Theologi. Cardo rotius rei vertitur
in

E 2.



in hoc, an salva fide Christiana dici
& statui queat, esse in Homine præ-
ter animam rationalem adhuc ali-
quod Tertium, distinctum ab anima
& corpore, quod dici queat Spiritus
vitæ, qui exerceat operationes in cor-
pore, & post mortem quoque mane-
at? Et an salvâ fide Spiritus mundi
universalis asseratur? Hoc si negant
Theologi, prout judicamus, corrumpit
omne quod superstructum est.

§. 12.

Fatemur quidem multa abscon-
dita & occulta, ut Magnetismus & oc-
cultæ qualitates, per hæc Principia ex-
plicari, sed quâ conscientia, judicent
Theologi.

§. 13.

Nec penitus rejicimus doctrinam
de Spiritibus, quatenus sunt partes
corporis viventis, & cum humidis
atque solidis Corpus constituunt: Si-
quidem & Medici & Philosophi statu-
erunt esse partes subtilissimas, aëreas,
lucidas, & impetum facientes. De his
etiam pronunciamus, quod causæ

mor-

morborum sint, quod sæpè fiant te-
nebricosæ in Melancholicis, accendan-
tur in Maniacis &c. Sed longè aliâ
ratione, quam in Posit. 3. res propo-
nitur. Spiritus nigros nos meritò
rejecimus.

§. 14.

Sobriè magis rem proponunt
Cartesiani nonnulli, qui Spiritus cor-
poris nostri de natura & essentia ma-
teriæ subtilis & Luminis primogeniti
statuunt; Quæ si ritè explicentur, à
veterum sententia de calido nativo
parum recedunt. Etiam si enim statua-
tur, particulas illas Spirituosas esse lu-
cidas, & reverti post mortem, uti ter-
ræ in terram, & aquosæ in aquam,
ad sua principia, nempe particulas
subtiles & lumen, non tamen hæc est
Metemψύχωσις Pythagorica, quæ
præsupponit, id, quod migrat, esse ani-
mas & essentias rerum.

§. 15.

Nos uti receptis hætenus Princi-
piis inhæremus: Ita veremur calcu-
lum addere supra explicatis funda-
men,



mentis, super quæ constructæ sunt positiones transmissæ. Spiritus mundi neque ex Scriptura Sacra, neque per rationes Physicæ firmiter probari potest. Imò si rem intus consideramus, per hæc Principia multi, si non in Atheismum, tamen in securitatem vitæ & superstitiones varias præcipitantur, dum positis his fundamentis confingere ipsis licebit, quicquid obtrudet speciosus error. Et novimus aliquot, qui ex Scholis his ad Nos venerunt, propterea quod nimium tribuerunt Spiritui Vitali, planè negaverunt Animæ rationalis existentiam, resurrectionem, & quæ alia inde fluent. Hinc statim patet quid de Positionibus sentiamus.

- I. De Geniis judicent Theologi. Nos veremur asserere Genios vel pietate ducti, eo sensu quo hic describuntur & juxta §. 7. à nobis explicantur. Et si enim per hanc doctrinam quædam melius explicentur, ut §. 12. dictum, attamen quoniam nec in Scriptura fundamentum habent, nec sufficienter probatur, posse Spiritum vitæ

✻ ✻

vita cum quadam intelligentia extra corpus subsistere, merito eisdem rejicimus. Nam posita hac Thesi, dari Spiritus alios praeter Angelos & Dæmones, impium non erit meditari conciliationem Geniorum, ut nobis serviant, munia nostra expediant, & nobis sint familiares, prout hoc statuunt, qui hanc fovent opinionem. Sed eo ipso porta panditur ad Magiam, & Diabolus commodam nanciscitur occasionem, incautis & infidelibus illudendi.

Veremur etiam asserere, quod corpus sit carcer tenebrosus animæ. Nam posita hac Thesi omnes actiones adscribuntur Spiritui vitali juxta §. 4. & per consequens anima non peccat, si scortatur, si irascitur homo &c. quoniam isti affectus non dependent ab Anima, sed Spiritu Vitali.

II.

Spiritus frigidi, nigri & tenebrosi sunt Non-Entia, unde nec Necromantia per mortuorum cadavera naturaliter exerceri potest. Si nigri sunt, non habent ortum ex lumi-

III.

E 4

ne





ne, prout statuunt; Medicina quæ exinde parari poterit, magis magica nobis videretur. Videat Autor ne sub istis fictis Spiritibus nigris & tenebrososis lateat ille Spiritus ater, vel se immisceat.

IV.

Idem iudicandum de Spiritibus illis mineralibus, si in eo sensu sumuntur prout §. 6. & 9. diximus. Latet anguis in herba. Isti Spiritus qui in Aurifodinis sæpè visuntur, sunt spectra diabolica. Quod hirsuti sint, senticosi, aculeati, probabile non est, quia corpus non habent.

V.

Animas sensitivas & vegetativas migrare è vegetabilibus in animalia, ex animalibus in animalia &c. ita ut maneant eadem animæ, & exercent operationes, si non omnes, tamen aliquas, quas in priori corpore exercuerunt, adstrui non potest. Intereunt vel annihilantur istæ animæ. Quod si intelligantur istæ Spirituosæ particule, quæ cum alimentis in corpora transeunt, ut §. 14. diximus, negari non potest istas particulas emigrare è cor-



 è corporibus etiam viventibus, & iterum attrahi ab aëre. Sed quid inde? Hoc non est *Μετμψύχωσις* Pythagorica. Vid. supra §. 14.

Si per Magnetismum s. similibum tractum anima rationalis ad Deum remigrat, sequitur etiam impiorum animas remigrare, quia peccatum non mutat substantiam.

VI.

De positione 7. judicent Theologi & Physici. Si nihil scimus, nisi quod per sensuum externorum Spiritus nobis communicatum, quomodo cognovit Thesum harum Autor Spiritum vitæ, Genios, Spiritum mundi?

VII.

Vipera & serpentes per se, id est, ut Creaturæ bonæ sunt, sunt innoxia, fugientes & meticulosæ. Earundem caro & spina prodest contra venena. Sed post lapsum viventes nocere præter Scripturam S. probat experientia. Sunt meticulosi si captivi; sed irati & ferocientes nocent enormiter. Pharmacopœus Italicus falsitatem hujus theseos morte comprobavit.

VIII.

E 5

pro-



probavit. Is idem statuens contretaverat vyperas & viventes & mortuas pro confectioe Theriacæ præsentis. Sed dum aperiebat viperæ obtruncatæ caput, monstraturus quò dente ladat interdum, morſu eiusdem ita vulneratur, ut omnibus remediis generosiſſimis incassum adhibitis, mortem ſubire coactus fuerit. Quod quæſo imperium habuit Spiritus vitæ in Spiritum viperæ?

Exuviarum depositio ſignatura non eſt Palingeneſias, de qua inferius Reſp. ad Poſit. 27. Signaturæ nihil firmiter concludunt. Si res perennantes ſemper remedia præberent vitæ longæ, id omninò faceret ſemper vivum, Pinus, Arbor vitæ, quod experienciæ contrariatur. Fatemur, quod quædam animalia ſint vivaciora, concedimus etiam, quod Spiritus vitales in iisdem, eo ſenſu quo § 13. diximus, tenacius à viſcoſiori materia detinea ntur, nec improbamus quod Spiritus ex iisdem extracti noſtrisq; ſociati noſtrorum poſſunt eſſe firmamentum, etiamſi ad Spiritum mundi non reſpiciamus.

IX. Car.



XI.

Carmina & characteres nullam
 habent efficaciam, quia quantitas
 nulla est efficacia. Diabolus se im-
 miscet, quod comprobatur exemplo
 Sagæ ancillæ pastoris cuiusdam, quæ
 audiverat eundem pro restituta vale-
 tudine gratias agere verbis Davidis,
 Castigasti me, sed morti me non tra-
 didisti. Corruptè eadem postea
 in sanandis hominibus recitaverat bo-
 no cum successu. Sed occasio fuit
 ad Magiam, quod confessa est ad ro-
 gum damnata.

Theologis & Astrologis venti-
 landum committimus.

X. & XI.

Universa natura, hyemis sustinet
 & æstatis vicissitudines, sed propterea
 non febricitat. Febris est intem-
 peries totius corporis, & omnium par-
 tium calida. Calor æstatis non
 omnes in universa natura afficit. Æstas
 & hyems sunt ordinata, sed febris in-
 ordinata, illud fit naturaliter, hoc præ-
 ternaturaliter. Totum hoc fundatur
 in assertionem Spiritus mundi, quo sta-
 tuunt Universum mundum vivere.

XII.

XIII. Quod



XIII.

Quod cura Magnetica & Sympathetica perficiatur mutuo I, communi Spirituum sensu, dum in sanguine I. mumia quaedam extravasata curantur, curiose tractantur, deligantur, in temperato loco foventur, à putredine & aëris injuria conservantur &c. facile quidem dicitur, nec exempla talis sanationis ignorantur; verum de causis veris ac genuinis nondum constat, neque judicamus eas per hunc Spiritum mundi satis declarari, quandoquidem nec ille ipse Spiritus est probatus.

XIV.

Positio 14. 15. & 16. fundatur in Doctrina de Spiritu mundi & Geniis. Hinc veremur calculum hic addere.

XV.

An Locus Gen. 4. probationem hujus positionis confirmet, judicent Theologi. Nobis videtur committi fallacia non causæ ut causæ. Mala conscientia, mille testes, agitant homines ut sese iudicio sistant, non solum occisores, sed aliis gravioribus peccatis gravati. Quis impellit Perduellionis Complices? quis Spiritus

cus

tus agitat fures? quis Sodomitas? quis adulteros? qui sæpius se iudicio sistunt malâ conscientia agitati.

XVI.
 Cruentatio eadaverum non probat, Spiritum vitæ occisi hominis retinere animum vindicandi. Semper enim cruentatio ista non contingit. Et si fortè fiat, explicari poterit per commotionem particularum volatiliùm occisi corporis, agitararum ab effluviis occisoris, concurrente plerumq; Deo vindicatore. Nam varii generis effluvia è corporibus egredi, & interdum in certis subjectis ita dispositis mira efficere concedimus, per quam doctrinam omnia melius explicabuntur, quam per Spiritum mundi.

XVII.
 Galli animositas uti vix æstimanda, ita lapidi Alectorio generositate communicare non potest. Si juxta hypothesin istorum Autorum dependet à speciali particularum dispositione Spirituum & corporis, quod canis canis sit, Gallus Gallus &c. profectò ea lapidi communicare non potest, etiamsi fortè particula luminosa



se egrediantur & socient se lapidi,
 quia in lapide longè diversa dispositio.
 Aliàs figmentum est Lapid. Alektor: a
 animosos reddere gestatores; Audaci
 culi & qui fortè alio utuntur medio,
 solent palliare suum fucum.

XVIII.


Indefinitam activitatis Sphæram
 non habent, quæ ab infinito Creatore
 sunt creata.

XIX.

Propter Magnetis virtutem &
 virgæ Mercurialis energiam necessum
 non est ut ad Spiritum mundi confu-
 giamus. Si ad occultas qualitates
 respicere nolumus, potest id explicari
 per consensum effluviolorum, prout id
 fecit Baco de Verulamio.

XX.

Sed dum omnia manifestis qualita-
 tibus explicare nitimur, in errores va-
 rios sæpè detrudimur; Ut etiam sta-
 tuamus animam & Spiritum habere
 potestatem creandi, quæ tñ. soli DEO
 competit. Quid hic dicendum di-
 cant Theologi. Quantum novimus
 ii, qui aliàs hoc statuunt, etiam sta-
 tu-



taunt, animam mundi esse ipsum
DEUM, ut Mundum statuunt æter-
num.

Fascinationes an fiant naturali-
ter? jam olim Helmontius disputa-
vit; qvi omnia Phantasiæ activitati
adscribit. Negari quidem non pot
est, Phantasiæ virtutem esse satis mi-
randam, ut sæpè explicari nequeat.

XXI.
XXII
&
XXIII.

Possumus gestibus, verbis, literis,
communicare aliis animi sentus, er-
go etiam ea quæ firmiter concepimus
mala in alterius corpus idearum
ope transformare possumus. Ita ar-
gumentantur. Idem est quod hic dicitur
de imperio Spirituum in alterius
corporis Spiritus Sed cur solum
Sagæ illas fortes impressiones proprias
habent? & cur Spiritus Sagarum
solum imperium habet in alios Spiritus?
Etiam si alij maximè irati intendunt
alterius mortem, sola imaginatione
id præstare non possunt. Quod etiam
Non-Sagæ forti animæ Phantasia
sibi aliisque prodesse vel obesse
queant, asserit quidem Autor in
Thesi, sed quod eadem id fiat rati-

ti-

☉ ☉

tionem & efficaciam, ut agunt Sages, id non probat. Quilibet, si fuerit verus Christianus, contrarium in semetipso experiri poterit. Si dicatur impediri operationem sæpè à reactione Spiritus fortioris, cur quæso non statim sanat morbos in proprio corpore eosque præcavet?

XXIV.

Curantur Fascinationes interdum remediis naturalibus, quia iisdem interdum utitur Diabolus; sed quando præternaturaliter, permittente Deo, agit, non facile curantur. Nam & si negari nequeat, Diabolum sagacissimum Physicum, interdum uti naturalibus rebus in certis & dispositis subjectis, non tamen hoc semper facit, undè & Sagarum Magia non dici potest merè naturalis.

XXV.

Magia Dæmoniaca s. potius eius effectus curabuntur combustionem, si totum subjectum comburatur, sic n. tollitur Ens cum suis affectionibus, in quod & per quod amplius agere non potest Diabolus. Sed an combus-



buftione excrementorum l. aliarum rerum extractarum è corporibus Magicis artibus corruptis, curatio fiat? valde dubitamus. Ignis quidem folvit multas res, fed naturales; & quamvis etiam materiam, quibus ligentur Spiritus, diffolvere queat, neceffum tamen effer, ut omnis materia, quæ intra corpus efr, comburatur, quod fine fubjecti interitu fieri nequit.

LVXX

Ignis n. in Spiritum corporis & res intra id latitantes, agere non potest ultra Sphæram activitatis fuæ. Spiritus extra corpus cum rebus Magicis extracti, liberantur & ad Principium fuum, Spiritum mundi, non intra corpus revertuntur: et fi redirent, non tamen amplius, ut antea, agere poffent, quia libera ti. Ut fic κατ' ἀνδροπον ex propriishypothesibus hæc thefis refutetur. Melius contemptu Djaholi, impositione excrementorum alvi, urinz &c. fed sine superstitione curamus.

LVXX

Specifica medicamenta à multis impugnantur. Sed posito esse Specifica, XXVI!

F



cifica, nisi tñ. eventus comprobet, Signaturæ nihil probant. Sic Leonis partes rarissimè Epilepsiam curant. Tribulus aquaticus Signaturam habet aculeatam, neque tñ. contra dolores prodest.

XXVII.

Arcana majora, Lapis Philosophorum, Liqvor Alkahest. Aurum potable, corollarum, radicaliter solutum, & alia, etiam à nobis probantur & approbantur, modo reverà sint, & tandem ab Artistis producantur. Palingenesiam ignoramus, nec salvâ fide Christiana ea propugnari potest; quia non nisi in Baptismo regenerantur homines, neque unquam à senectute in juventutem licuit regredi. Sed quid de curatione Spirituum Diastatica, per Transplantat; & Amuleta, judicandum sit? mox patebit.

XXVIII.

An habitâ intentione ad Mumiam DEUS jusserit Judæos alvi feces & excrementa sub terra defodere, judicabunt Theologi.

XXIX. It;

It: an curatio Lepræ, Lev. 14. ca-
balisticè transplantandi Lepram pro-
bet? Nobis hoc non videtur.

XXIX.

Curaciones Sympatheticæ, qua-
tenus fundantur in consensu Spiritu-
um, & doctrina de Spiritu mundi, su-
spectæ sunt. Alia rationes expli-
cari possent, per consensum effluvio-
rum, particularum fermentationes,
semina morbifica, quatenus in
aliud corpus transportantur. Mul-
ta in superstitione non carent.
Urgemus hoc contra istiusmodi curas,
quod certi saltem homines eas cum
effectu insituant, nec omnes id præsta-
re queant, atq; circumstantiæ temporis
loci, &c observentur. Hirudines cau-
sam morbificam exsugentes verè non
sympatheticè curant.

XXX.

De modis tranquillandi Spiritus
I. applicatione pulveris Sympathetici,
2. Translocacione in alia animalia,
idem statuimus ut supra in Posit. 13. dic-
tum. Reliqua supersticiosa pronun-
ciamus, quoniam fundantur sine fun-
damento in Spirituum consensu, Neque

XXXI.

E a

pro-

probabile est, Spiritum hominis in catena operari posse, juxta supra tradita. Posito tñ. transire aliquid, longè tñ. aliter operabitur in catena, propter aliam ejusdem dispositionem.

XXXII.

Amuleta, Periapta, in tantum approbamus, in quantum agendi virtute sine superstitione prædita sunt, ut Mercurialia, camphorata &c It: quatenus iisdem gestatores muniti, securiores redduntur, ne tempore pestis & in aliis morbis, vel Actionibus timidi nimis sint & terrore afficiantur, sed omnia intrepide aggrediantur, ita sæpe per accidens aliquid præstant. Sed quod ope humana & sola arte naturali astrorum influxus in eiusmodi inanimatis & factitiis concentrari & includi queat, ut in iisdem virtus maneat inclusa, & sic astraliter agant, probabile non est. Semper metuimus, ne implicite aliquid eoncurrat. Hypericum Melancholici & Dæmoniæ ferre non possunt, sine superstitione vel astrali præparatione quamvis adhibeatur, Epar piscis apud Tobit

am Diabolos fugabat, quia sic DEUS
volebat.

De influentia astrali, & an sub cer- **XXXIII.**
ta constellatione fabricari queant me-
dicamenta, Amulera, figuræ Talis-
mannicæ, plura addere nolumus. Ju-
dicent Theologi & Astrologi Christi-
ani. De Talismanica cura scrip-
sit Gaffarella. Sunt ineptiæ Persicæ,
& miramur Gaffarellam Theologum
Pontificium eandem defendere.

Et hæc sunt quæ ad Normam
fidei, & prout Religio suggerit, re-
spondere potuimus.

Witten-
berge, d. 24.
Januarij,
1684.

Decanus Senior, & Pro-
fessores Facultatis Me-
dicæ in Academia Wite-
tenbergensi,

L. S.

Seqvun-



Sequuntur iam ea, quæ
Gustrovii

Principali Autoritate ante & post Cen-
surarum Academicarum adventum, à *Com-
missariis* specialiter ad hoc negotium deo-
putatis, acta sunt, unà cum Declaratio-
nibus *Autoris*, quibus errores
agnoscit & correctionem
pollicetur.

Von Gottes Gnaden
Gustaff Adolph / Herzog
zu Mecklenb. etc.

Unsere gnädigsten Gruß zuvor;
Ehrwürdiger / Ehren-Bester /
Hochgelahrte / besonders lieber,
Andächtiger / und Liebe getreue.
Nach

Nachdeme vor einiger Zeit Uns erinnerlich begeben / welcher gestalt Wir berichtet worden / ob solten in dem Medicinischen Tractatu de Medicina Spirituum des D. Sebastiani Wirdigs einige unverantwortliche Dinge enthalten seyn / anjehzo auch im nachsehen solches Scripti von Verständigen diese und andere mit dem Christenthumb und der gesunden Vernunft streitende Meinungen und Sätze cum harum detestatione also befunden worden. So haben Wir nach Unserm Christlichen Gewissen aus Landes Obrigkeitlicher Vorsorge / und aus keiner andern intention, als die Ehre Gottes / und in der Christenheit / und sonderlich bey der Studirenden Jugend die Wahrheit zu retten / vor nötig erachtet / vorgedachten D. Wirdig hier in unser Fürstl. Residentz zu fordern /



dem / und über solche in öffentlichen
Schriften befindliche Meinungen seine
Verantwortung einzuholen / und dazu
eure Personen committiret!

Als werdet Ihr D. Wirdig so
fort für euch bescheiden / über obiges
alles vernehmen / und wie Ihr die Sa-
che befunden / Uns alsdann berichten.
Die Wir Euch mit Gnaden wolben-
gethan verbleiben. Datum Güstrow/
den 2. Januarij, Anno 1683.

Gustaff Adolph HZM.

Dem Ehrwürdigen und Hochgelahr-
ten / Unserm besonders Lieben An-
dächtigen und getreuen Ern
Michaeli Siricio, SS. Theol. Dri. Super-
intendenti des Rostockischen Creyses / Un-
serm Consistorial Rcht / und Professori der
Universität Rostock / auch Rcht in geistlichen
und Kirchen Sachen; Wie auch dem Ehren-
Weßen / Unserm Rcht und Leib Medico,
und Lieben getreuen D. Christophoro
Schroedern. la

In Nomine JEsu!

Durchleuchtigster Heilzog /
gnädigster Fürst und Herr!

Ihr Hoch. Fürstl. Durchl. Gnädigstem auch Schriftlichem Com. missiono gemäß / haben Wir mit D. Sebastian Wirdig einiger in seinem Medicinischen Tractat, de Medicinâ Spirituum, befindlichen und ärgerlichen Sätze halber geredet / auch ernstliche und gebührende remonstracion demselben gethan: Welcher auch darauff dergestalt sich gegen Uns schriftlich / wie aus einliegendem zu ersehen ist / erkläret. Ist auch bereit in Secunda editione, wann nur ein Verleger zu bekommen / alles dasselbe auß zu lassen / was er anieho ist erinnert worden und ferner mit Grund wird können erinnert werden. Wir halten unvorgrafflich / daß / wann er ein behutiam aufgesetztes Formular propriâ manus subscriptione dahin ziehlend unterschreibe zu acquiesciren

F 5



quiesciren sen: Verbleibende nechst Emp-
fehlung Ihr. Hoch Fürstl. Durchl. in Got-
tes beschirmende ebbut.

Büstrom / Den 3. Januarij,
Anno 1683.

Ihr: Hoch-Fürstl. Durchl.

Untertänigste Treuegehorsamste
Diener /

auch

Steißiger Vorbister zu Gott

Michael Siricius, D.
Christophorus Schröder / D.

Dem Durchleuchtigsten Fürsten
und Herrn / Herrn GUSTAFF
ADOLPH / Herzogen zu Mecklen-
burg / Fürsten zu Wenden / Schwerin
und Røgeburg / auch Graffen zu Schwerin /
der Lande Rostock und Stargard Herrn /
Unserm gnädigsten Fürsten und Herrn /
Untertänigst.

Declar:



Declaratio

Prima D. Sebastiani Wirdigs.

Nachdem auff gnädigst-ertheiletem Befehl Ihre HochFürstl. Durchl. ich vor wenig Tagen von Rostock hieher angelangt / und in einer dazu aus HochFürstl. Verordnung angestellten Commission vernommen / daß in dem hievor von mir edirten tractatu de Medicina Spirituum einige Sachen befindlich / daran Ihr HochFürstl. Durchl. auch andere Christliche Herzen sich stoßen ;

Als 1. daß Anima hominis sey ipsa imago Dei, habens vim creandi, da doch post lapsum, amissa imagine Dei, Anima geblieben / und die Schrift selbst imaginem Dei setzet nicht in ipsa Anima, sed in iustitia & Sanctitate, andere ungereimte Dinge / so hieraus folgen würden / zugeschweigen.

2. Lib. I. c. 28. NO 7. & 8. daß die Geister der Entleibeten / nach dem Tode / Rache an dem Mörder üben und behielten: Und dahin gehörte der Spruch Gen. 4. von dem schreyenden Blut Abels; welches
aber



aber / wie ich berichtet worden / nicht propriè, sondern per Prosopopœiam zuverstehen von der Rahe Gottes / die Er seiner Göttlichen Gerechtigkeit nach wieder den Mörder außüben wil.

3. Lib. 1. c. 30. als wenn Omnis Magia etiam Daemoniaca sey naturalis, & per causas mere Naturales alle fascinationen von dem Menschen / und dessen in phantasia exaltirten Geistern geschehen / und auch per remedia naturalia demselben begegnet werden könne; Dawieder sowol Gottes Wort / als auch die gesunde Vernunft ist / weil causas naturales nicht adæquate & sufficientes seyn / denen operationibus Satanz zubegegnen / als dazu nach der Schrift / Gottes Krafft / auch der Glaube und Gebeth erfordert wird. Die distinctio auch hactenus apud omnes Theologos, Jctos, Medicos und Physicos inter Magiam naturalem & Daemoniacam behubehalten ist.

4. Daß ich Lib. 1. c. 26. §. 13. modum & tempus fundendi Talismata sub certa quadam constellatione ex influxu Astro- rum præparata darin proponiret, auch
fol

folgendes Lib. 2. c. 28. §. 5. Talismanicam, ob ich gleich solche suspectam genant und erkandt / von neuen beschrieben (welche gleichwol nicht approbirt) auch an dem / daß die Astra solchen influxum specialem in Metalla cum effectu determinato, certotempore zuhabē/nicht kanerweisen/sondern vielmehr dawider gegründete rationes Theologicae und Physicae können urgirt werden / auch vernommen / daß vor treffliche Theologi & Nostrae & adversarum partium, Pontificiae & Reformatae, solche Talismata, als superstitiones famolas verwerffen / so habe mich demnach dahin wolwissend erkläret / daß ich solche allhie notirte Sätze schlechter dinges verwerffe und improbare, auch wann etwa / die Secunda editio geschehen solte / ich solchane scandalose Sätze darinaußlassen / auch Christlich meinen dissentium dawider contestiren will: Auch im fall inß künfftige von mir oder andern noch etwas solte gefunden werden / daß Ergernis nach sich ziehen solte / ich dasselbe auch corrigiren und endern wil / welches ich mit meiner eigen Hand



Hand und Subscription / als meine ernstliche und beständige Meinung confirmire und bekräftige. So geschehen Güstrow Anno 1683. den 9. Januarij.

Sebastianus Wüldig / D.
& P.P. ducalis.

I. N. J.

I. N. J.

Serenissime Princeps, Domine Clementissime,


Loqvutus sum cum Doctore
Wirdig, qui errata sua seriò a-
gnovit. Brevem quoque exhibuit
declarationem, ad ulteriora para-
tus; quanquam ego judicem, hanc,
quam dedit, iufficere. Petit interim
humiliter itineris sumptus, & licen-
tiam abeundi. Quid responden-
dum illi fit, expecto.

Vestrae Serenitatis

humilimus & ad quævis officia
& servitia in Domino præstan-
da paratissimus

Michael Siricius, Dr.

Doct



D. Sebastiani Wirdigs declaratio Secunda.

Ihre Hoch-Fürstl. Durchl. versichere
hiermit Ich Sebastianus Wirdig D.
Untertänigst / daß / was in Theolo-
gicis und sonsten versehen und getret nun-
mehr nach gescheneher remonstracion er-
kenne / auch zu unterthänigster satisfacion
und Beruhigung des Gewissens gerne cor-
rigire. Was Raym: Lullium anlangt
hab ich mit seinen Regerehen und andern
verdächtigen Sachen keine Gemeinschaft.

In Chrystopœa hab ich nichts gesucht /
als die Nützigkeit der Natur, weiter und ü-
ber die Natur bin ich nimmer gangen.

Güstrow den 24. Martii,

Anno 1684.

Sebastianus Wirdig / D.
& P. p.



Gebunden
von
L.A. GARBE
Rostock
Breite Str.

In Nomine
Durchleuchtigster
gnädigster Si

Ihr Hoch. Für
digstem auch E
mifforio gemäß
Sebastian Wirdig ein
nischen Tractat, de
befindlichen und ärg
geredet, auch ernst
remonstracion demsel
auch darauff dergel
schriftlich, wie aus
sehen ist / erkläret.
cunda editione, w
zu bekommen / alle
sen / was er aniezo
und ferner mit Gr
hert werden. Wi
lich / daß / wann er
lestes Formular p
ptione dahin ziehlen

89
! bog /
err/
Gnä-
Com-
ur mit D.
Medici-
iricum,
ge halber
übrende
Welcher
gen Uns
em zu er
eit in Se
Berleger
uß zu las
worden
nnen erin
vorgreif-
m aufge
us subscri
ber zu ac-
quiesciren

